Coctis autem iacob pulmentis. atque eo
uenisset esau de agro lassus ait. Da mihi
de ceratione hac rufa. quia ualde lassus
sum. Quam ob rem uocatum est nomen
eius edom. Cui dixit iacob. Vende mihi
primogenita tua. Ille respondit.
En morior. quid mihi proderunt pri
mogenita. Ait iacob. Iura ergo mihi
Iurauit ei. et iudicauit primogenita sua.
Sic accepto pane. et lentis edulio comedit
et bibit. et abiit parui pendens quod
primogenita uendidisset. Orta autem fa
me super terram post eam sterilitatem. quæ
acciderat in diebus abraham. Abit ysa
ac ad abimelech regem palestinorum in gera
ram. Apparuitque ei dominus. ait. Ne descen
das in egyptum. sed quiesce in terra qua
dixero tibi. peregrinare in ea. et ero tecum
et benedicam tibi. Tibi enim et seminibus
tuis dabo uniuersas regiones has. Complens
iuramentum quod spopondi abraham
patri tuo. multiplicabo semen tuum sicut
stellas cæli. Dabo que posteris tuis
uniuersas regiones has. et benedicentur
in semine tuo omnes gentes terræ. eo quod o
bedierit abraham uoci meæ. et custodie
rit præcepta. mandata. iura. et cæ
remonias legesque seruauerit. Mansit
itaque ysaac in gerara. qui cum interrogatus
esset a uiris loci illius. super uxore sua. re
spondit. Soror mea est. Timuerat enim
confiteri quod sibi esset sociata. qui quo. Re
putans ne forte interficerent eum propter
illius pulchritudinem. Cumque prolixi
essent dies plurimi. habitans morabatur.
prospiciens abimelech palestinorum rex per
fenestram. et uidit eum iocantem cum

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

relicta uxore sua. Et accersito ait: Per
spicuum est quod uxor tua sit. Cur mentitus
es sororem tuam esse? Respondit: timui
ne morerer propter eam. Dixitque abimen
lech: Quare imposuisti nobis? potuit
coire quilibet de populo cum uxore tua
et induxeras super nos grande peccatum.
Praecepitque omni populo dicens: Qui tetigerit
hominem huius uxorem morte morietur.
Seminavit autem ysaac in terra illa in
uenit in ipso anno centuplum. Benedixit
eis dominus et locupletatus est homo. Ibat proficiens atque succrescens donec magnus
uehementer effectus est. Habuit quoque possessionem ouium armentorum et familiae
plurimum. Obhoc inuidentes ei philisthim omnes puteos quos foderant serui patris illius abraham, multo tempore obstruxerunt, implentes humo. Interea
ut ipse abimelech diceret ad ysaac: Recede a nobis, quia potentior nobis factus es
nimis. Ille discessit inde et uenit ad torrentem gerar habitauitque ibi. Rursus
fodit alios puteos quos foderant serui patris sui abraham, quos illi post mortuo
illo obstruxerant philisthim. Appellauit
que eos his dem nominibus quibus ante uocauerat. Foderunt in torrente
reperiuntque aquam uiuam. Sed et hic gra
uis fuit pastorum gerar aduersus pa
stores ysaac dicentium: Nostra est aqua.
Quam ob rem nomen puteo quem fecerant accidit
uocauit calumniam. Foderunt ali
um. Propter quod uocauit nomen eius
latitudo dicens: Nunc dilatauit nos
dominus fecitque crescere super terram. Ascen
dit autem ex illo loco in bersabee. Vbi ap
paruit ei dominus in ipsa nocte dicens: Ego
sum deus abraham patris tui. Noli
timere quia tecum sum. Et benedicam
tibi et multiplicabo semen tuum propter ser
uum meum abraham. Itque edificauit
ibi altare et inuocato nomine domini. Extendit
que tabernaculum. Precepitque seruis
suis ut foderent puteum. Adque locum
cum uenissent de gerar abimelech
et ahuzath amicus eius et phicol dux
militum. Locutus est eis ysaac: Quid ue
nistis ad me hominem quem odistis
et expulistis a uobis? Qui responderunt:
Vidimus te cum esse dominum. Idcirco no
diximus: sit iurandum inter nos et inte
ramus fedus ut non faciat nobis quic
quam malitiae sicut nos nihil mali ope
ramus et bene fecimus quae te laedere
set cum pace dimisimus. Auctus bene
dictione domini. Fecit ergo eis conuiuium.
Postridie portum surgentes iuraue
runt inter se. Dimisitque eos ysaac pacifice in locum suum. Ecce
autem uenerunt in ipso die serui ysaac
annuntiantes ei de puteo quem foderant
atque dicentes: Inuenimus aquam. Appe
llauit eam habundantiam. Et nomen urbi
impositum est bersabee usque in presentem
diem. Cum esset quadragenarius duxit
uxores: Iudith filiam beeri et bei
semath filiam helon eiusdem loci. Que
ambo offendebant animum ysaac rebec
ce. Senuit autem ysaac et caligauerunt
oculi eius ut uidere non poterant. Vocauit
que seniorem filium suum maiorem et dixit ei:
Fili mi. Qui respondit: adsum. Cui pater:
Vide inquit quam senuerim ignorans diem
mortis meae. Sume arma tua pharetram
et arcum et egredere foras. Cum que ueni
ens aliquid apprehenderis fac mihi inde
pulmentum sicut uelle me nosti et affer
ut comedam et benedicat tibi anima mea
antequam moriar. Quod cum audisset rebec
ca ille abiit in agrum ut uenationem pa
tris impleret. Dixit filio suo iacob: Audi
ui patrem tuum loquentem cum esau fra
tuo et dicentem ei: Affer mihi de ueniso
nem tua et fac cibos ut comedam et benedicam
tibi coram domino ante quam moriar. Nunc er
go fili mi adquiesce consiliis meis et pe
rgens ad gregem affer mihi duos hedos
optimos ut faciam ex eis escas patri tuo
quibus libenter uescitur. Quas cum intule
ris comedet et benedicat tibi ante quam mo
riatur. Cui ille respondit: Noli quaeso fili
mei homo pilosus sit et ego lenis. Si tan
gerit me pater meus et senserit timeo
ne putet se sibi uolisse illudere et in
ducat super me maledictionem pro benedictio
ne. Adque mater: In me sit tua male
dictio fili mi. Tantum audi uocem meam et
perge et affer quae dixi. Abiit et attulit de

7. Iud. xviii.

: 5. e. xl.

7. e. lvi.

29.

dreq; matri - Paratum illa cibos sicut noue
rat uelle patrem illius. Tuestibus esau
uaide bonis. quas apud se habebat do
mi induit eum. Pelliculas quoq; hoedi
circumdedit manibus. et collum uda po
uit. Dedit pulmentum et panes quos
coquebat tradidit. Quibus illatis dixit
pater ei. Ait ille Hic. Audio. Quis es tu
fili mi. Dixitq; iacob. Ego sum esau
primogenitus tuus. feci sicut precep
sisti mihi surge sede. et comede de uena
tione mea ut benedicat mihi anima
tua. Rursumq; ysaac ad filium suum
Quomodo inquit tam cito inuenire pot
uisti fili mi. Qui respond. Voluntas
dei fuit. ut cito mihi occurreret quod
uolebam. Dixitq; ysaac. Accede huc ut
tangam te fili mi. et probem utrum tu es
filius meus esau an non. Accessit ille
ad patrem. et palpato eo dixit ysaac. Ui
ox quidem uox iacob est. sed manus ma
nus sunt esau. Et non cognouit eum
quia pilosae manus similitudine maio
ris erat pectus eius. Benedicens illi ergo ait
Tu es filius meus esau. respond. ei
Ego. Ait ille. Offer mihi cibos de uenatione tua fili mi. ut benedicat ti
bi anima mea. Quos cum oblatos comedis
set. obtulit ei etiam uinum. Quo hausto
dixit ad eum. Accede ad me. et osculare me
fili mi. Accessit et osculatus est eum.
Statimque ut sensit uestimentorum illius
flagrantiam. benedicens ait. Ecce odor
filii mei. sicut odor agri pleni. cui bene
dixit dominus. Det tibi deus de rore celi. et de
pinguedine terre. abundantiam frumen
ti. uini. et seruiant tibi populi. et ado
rent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum.
et incurbentur ante te filii matris tue.
Qui maledixerit tibi sit ille maledic
tus. et qui benedixerit tibi. benedictio
nibus repleatur. Cum ysaac sermonem
impleuisset. egressus iacob foras uenit ad
esau. Et cum de uenatione cibos simi
liter paratos dixisset. Surge pater mi. et comede
de uenatione filii tui. ut benedicat mi
hi anima tua. Dixitq; illi ysaac. Qui
es tu. Qui respond. Ego sum esau
filius tuus primogenitus. Expauit ysaac ha
stupore uehementi. nimia quoque credit pe
ccatum esse factum. Quis igitur ille equi

dudum captam uenationem. attulit
mihi. et comedi. priusquam tu ueni
res. Benedixique ei. et erit benedictus. Audi
ui esau sermonibus patris. ingemuit clamo
re magno. et stupefactus ait. Benedic etiam
mihi pater mi. Quare. Venit germanus
tuus fraudulenter. et accepit benedictionem
tuam. Ille subiungit. Iuste uocatum
est. nomen eius iacob. supplantauit enim me
en altera uice. Primogenita mea auferens
it. et nunc ecce Primogenitura mea auferens
it. Rursumque ad patrem. Numquid
non reseruasti et mihi benedictionem.
Respondit ysaac. Dominum tuum illum constitui.
omnes fratres eius seruituti illius subiuga
ui. frumento uino stabilui eum.
Tibi ergo hodie fili mi ultra quid faciam. Cui
esau ait. Unam tantam habes benedic
tionem. Obsecro. ne mihi quoque obsecro.
ut benedicas. Cumque eum iam magno fle
tu ploraret. ait ad eum. Ecce in pinguedine
terre. et in rore celi. desuper erit benedictio tua.
Et in gladio. et fortitudine seruies. Tempus
quo ueniet cum excutias. et soluas iugum eius
de ceruice tua. Odit ergo semper esau ia
cob. propter benedictionem qua benedixerat ei pater.
Dixitque in corde suo. Uenient dies luctus pa
tris mei. et occidam iacob fratrem meum. Nun
tiata sunt hec rebecce. Quem mittens ad
uocauit iacob filium suum. et dixit ad eum.
Ecce esau frater tuus minatur ut occidat te.
Nunc ergo fili audi uocem meam. et consi
lium meum. Fuge ad latam fratrem meum charan.
habitabisque cum eo dies paucos. donec re
quiescat furor fratris tui. et desinat indig
natio eius. oblitusque mandata quae fecisti in me
um. Postea mittam et adducam inde te huc
Cur utique orbatus fuerim
uno die. Dixit quoque rebecca ad ysaac. Tedet
me uitae meae propter filias heth. Si accepit ia
cob uxorem de stirpe huius terre. nolo uiu
ere. Vocauitque ysaac iacob. et bene
dixit. Precepitque dicens. Noli accipe
re uxorem de filiabus chanaan. sed ut perge
re in mesopotamiam syrie. ad domum bue
hel patris matris tue. Et accipe inde
uxorem de filiabus laban auunculi tui. Deus
autem omnipotens benedicat tibi. et crescere te fa
ciat atque multiplicet. ut sis in turbas
populorum. det tibi benedictionem Abrahae
semini tuo postero. ut possideas terram

Eg. lxxx.
Eccl. vii.
Ps. l.v.
Tuae. xiii.
Tob. xi.
Ecc. xii.

78°

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

peregrinationis tue. quam pulchrum est
nuntio. Cumq; dimisisset eum ysaac
profectus uenit in mesopotamiam syrie
ad laban filium bathu. filii sunt enim
rebecce matris sue. Videns autem esau quod
benedixisset pater suus iacob uxorem
uxorem ducere. quod benedicens eum post prece
pisset eidem. Non accipias omnino
de filiabus chanaan quas cum obedisset iacob pa
rentibus. isset in syriam. videns quoque quod
displicerent patri suo filias chanaan. pater suus
uxorem ad ismahelem. ut duxit uxorem abs
que his quas prius habebat. cheleth filiam is
mahel filii abraham. sororem nabai
oth. Egressus igitur iacob de beersabee
perrexit haran. Cumq; uenisset ad quo
dam locum. uoluit in eo manere post
solis occubitum. sumpsit de lapidibus qui
iacebant. et supposuit capiti suo. dor
miuit in eodem loco. Vidit quoque in somnis
scalam stantem super terram. et cacumen
eius tangens celum. Angelos quoque
dei ascendentes et descendentes per eam.
et dominum innixum scale dicentem sibi. Ego
sum dominus deus abraham patris tui. et deus
ysaac. Terram in qua dormis tibi dabo.
et semini tuo. erit quoque germinum quasi
pulvis terre. Dilataberis ad occidentem.
et orientem. et aquilonem. et meridiem.
Et benedicentur in te. et in semine tuo
cunctae tribus terre. et custodiam te in omni
bus in quibus perrexeris. et reducam te in hanc
terram. Non dimittam. nisi complevero
omnia quae dixi. Cumq; evigilasset
iacob de somno ait. Vere dominus est in loco is
to. ego nesciebam. Pavensque. Quam
terribilis inquit locus iste. Non est
hic aliud nisi domus dei. et porta celi.
Surgens ergo mane tulit lapidem quem
supposuerat capiti suo. et erexit in tu
mulum. fundens oleum desuper. Appellauit
nomen urbis bethel. quae prius luza uoca
batur. Vovit etiam votum dicens. si
fuerit deus mecum. et custodierit me
in uia qua ambulo. et dederit mihi panem
ad uescendum. et uestem ad induendum.
et reuersus fuero prospere ad domum pa
tris mei. erit michi dominus in deum. et lapis
iste quem erexi in tumulum. uocabitur do
mus dei. cunctorumque quae dederis mi
hi. decimas offeram tibi. Profectus
ergo iacob uenit in terram orientalem. et
uidit puteum in agro. et tres greges ouium
accubantes iuxta eum. Nam ex illo
adaquabantur pecora. et os eius grandi la
pide claudebatur. Moris erat. ut
cum in unum congregassent greges. uoluerent
lapidem. et aperirent gregibus. rursum sup
os putei ponerent. Dixitque ad pastores.
fratres unde estis. Illi responderunt.
de haran. Quos interrogauit. numquid ut.
Iosias filium nachor. Dixerunt.
nouimus. Sanus ne est inquit. Vivit
quidem. Et ecce rachel filia eius uenit cum
grege suo. Dixitque iacob. Adhuc multus
dies superest. nec est tempus ut reducantur
ad caulas greges. ante date potum ouibus.
et sic ad pastum eas reducite. Illi responderunt.
Non possumus donec omnia pecora congregentur.
et amoueamus lapidem de ore putei. ut
adaquemus greges. Adhuc loquebantur.
ecce rachel uenebat cum ouibus patris
sui. Nam gregem ipsa pascebat. Quam
cum uidisset iacob. et esset consobrina
sua. ouesque laban. Accessit et amouit
lapidem quo puteus clausus erat. et ad
aquato grege. osculatus est eam. Et
uocem quoque eleuans. ut audiretur eique fiat
ut patris eius. et filius rebecce. At illa
festinans nuntiauit patri suo. Qui
cum audisset uenisse iacob filium so
roris sue. et uidisset omnia ei complexus
que eum in osculatus est. duxit in
domum suam. Ad uis autem eius
filii uenerit. respondit. Os meum es tu et
caro mea. Et postquam expleti sunt dies
menses unum. dixit ei. Nunquid quia frater
meus es. gratis seruiens michi. Dic quantum
te oportet accipere. habebat uero filias duas. nomen
maioris lia. nomen autem appellabatur michel. sed lia lip
pis erat oculis. rachel decora facie. et uenusto aspectu.
Quam diligens iacob ait. Seruiam tibi
pro rachel filia tua minore. septem annis.
Responsit laban. Melius est ut tibi eam
dem. quam uiro alteri. Mane apud
me. Seruiuit igitur iacob pro rachel
septem annis. et uidebantur illi pauci dies.
pre amoris magnitudine. Dixitque ad
laban. Da michi uxorem meam. quia
tempus est expletum. ut ingrediar ad il
lam. Qui uocatis multis amicis. et ciuibus

Gen. xl.

Ro. xii. m.
1. Mach. ii. xv.
e. Gr. xxxviii.

Ecc. l. c. lxvi.

Ecc. xxxii. xxxi.
Ecc. l. c. lxvi. lxix.

Leui. xx
Deut. xxiii.
Num. vi.
P. lxxxi.
Eccle. xi.

Gray Scale
0 1 2 3 4
Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

ad coniugium. fecit uiriq; ueste fili-
am suam iam introduxit ad eum. Dus
ancillā filie sue gelfi nomine ad ipsum
more iacob fuit ingressus. Fac tota
ue uidet iam diru ad socrum suam.
Quid est quod facere uoluisti. nonne
pro michel seruiui tibi. quare imposu
isti mihi. Respondit laban. Nō
est in loco meo consuetudinis. ut iuniō
res ante tradamus ad nuptias. Imple
edomadam dierum huius copulae. hanc
quoq; dabo tibi. pro quod seruiturus
es mihi. septem annis alis. Acquiesc
placuit. redomadam transacta. michel
duxit uxorem. Cui pater seruam ba
lam dedit. Tandemq; potiti optati
nis nuptiis. amorem sequentis pro
ri pretulit. seruiens sapiit eum septe
annis alis. Videns autem dns quod spe
cerer iam. aperuit uulua eius. uxor
sterilis permanente. Que concepto ge
nuit filium. uocauitq; nomen eius ru
ben dicens. Vidit dns humilitatem meam
nc ad amabit me uir meus. Rursumq;
concepit. peperit filium. ait. Quia audiuit
dns habere me oppressam. dedit istum
etiam mihi. Vocauitq; nomen eius sy
meon. Concepit rursus genuit alium
dicens. Nunc quoq; copulabit mihi
maritus meus. eo q; peperim illi tres fi
lios. Vnde circo appellauit nomen eius leui.
Quarto concepit. peperit filium. ait.
Modo confitebor dno. Et ob hoc uocauit
eum iudam. cessauitq; parere. Cer
nens autem rachel quod esset in
uidit sorori. ait uiro suo. Da mi
chi liberos alioquin morior. Cui irat
respondit iacob. Numq; deo ego sum.
qui prohibuit te fructu uentris. At
illa. Habeo inquit famulam balam. ingre
dere ad illam. ut pariat super genua mea
habeam ex ea filios. Deditq; illi balā
in coniugium. Quem ingressus ad eam
concepit. peperit filium. Dixitq; rachel
Iudicauit mihi dns. exaudiuit uocem
meam. dans mihi filium. Et idcirco
appellauit nomen eius dan. Rursusq;
bala. concipiens peperit alterum. Quo
ait rachel. Comparauit me deus cum lu
core meo. et uiuaciter. Vocauitq; eum
neptalim. Cernens lia quod parere

desisset. Celpam ancillam suam
marito tradidit quapro concep
tum edente filium. Dixit felicitet
fe id circo uocauit nomen eius gad. Pe
perit quoq; celpha alterum. Dixitq; ha
hoc pro beatitudine mea. beatā quippe
me dicent mulieres. propter ea appellauit
eum aser. Egressus autem ruben tempo
re messis triticē magrā. reperit mandra
goras. quas matri ille detulit. Quorq;
michel. Da mihi de mandragō
ris filii tui. Illa respond. Parum ne
dimisisse te. q; pro rapuerit maritum
chi mihi. mandragoris filii
mei tulerit. Ait michel. Dormiat tecū
hac nocte. pro mandragoris filii tui.
Redeuntq; ad uespera de agro iacob.
egressa est mocrsum eius lia. ait ad
me. introibis. quia mercede con
duxi te pro mandragoris filii mei. Dor
mivit cum ea nocte illa. exaudiuit
deus preces eius. Concepitq; peperit fi
lium quintum. ait. Dedit deus mercedē
michi. quia dedi ancillam meā uiro
meo. Appellauitq; nomen illius yssachar.
Rursumq; ya concipiens. peperit sexti
filium. ait. Dotauit me deus dote bo
na. Hac nocte mecum erit maritus
meus. eoq; genuerim ei sex filios. Et
circo appellauit nomen eius zabulon. Post
quem peperit filiam nomine dinā. Re
datusq; dns michel. exaudiuit ea za
pim uulua illius. Que concepit. pe
perit filium dicens. Abstulit deus opprobri
um meum. uocauitq; nomen illius ioseph
dicens. Addat michi dns filium alterum.
Igitur ait ioseph dixit iacob socero suo.
Dimitte me ut ueniam in patriam. et
ad tuam meam. Da mihi uxores. li
beros meos. pquibus seruiui tibi ut
eam. Tu nosti seruitutem qua ser
uiui tibi. Ait ei laban. Inuenam gra
tiam in conspectu tuo. experimento
didici q benedixerit mihi deus pte
constitue mercedem tuā q dem tibi.
At ille. Tu nosti quomodo seruiu
erim tibi. quanta in manibus meis
fuerit possessio tua. Modicum habu
isti. ante q ueniret. nunc di
tes effectus es. Benedixitq; tibi dns
ad introitum meū. Iustum igitur

in aliquando, putabam eram dominum me-
e. Dixitq; laban. Quid dabo tibi. Ait ille a-
t: Nihil uolo. Si feceris quod postula-
uerim pasce ad rabdo. ipe corania.
Gnm ol gregel tuos. & separa cunta ouis
uarias. & sparsa uellere: & quecunq; rufa
maculosum uariumq; fuerit tum i
ouib. q. mea pris erit merces mea. Res
pondebitq; tibi mich cras iustitia mea.
quando placuerit tempo adueneritq; coram te.
Et omnia q non fuerint uaria maculo
sa & rufa. tam in ouib. q. in capris. furti
me arguet. Dixitq laban. Gratum ha
beo q pons. Et separauit in die illo. capri
rouel. rhyrcos. & arietes. uarios atq; maculo
sos.

et. madiu immanu

filios suos. Et posuit spatium tri
duum inter se & generum. dierum trium. qui
pasceret reliquos greges eius. Tollens se
go iacob uirgas populeas uirides. & amig
dalinas. & platanus. expuit decorticans
eas. detrahens cortices. in aliquantum
albas fuerant. & conspicua apparuit. Illa uero que
in uirgis erant uiridia permanserunt. atq;
in hunc modum color effectus est uarius.
Posuit ea in canalibus. ubi effundebant
aquam. Cum ueniissent greges ad bibendum
ante oculos habebant uirgas. & in
aspectu earum concipiebant. factumq; est. ut
in ipso calore coitus oues intuerentur
uirgas. & parerent maculosos. uarios. & diuersos
colore. respondit. Diuisitq; greges iacob.
& posuit ante uirgas oculos arietum. Erant
autem alba quq; & nigra laban. Cum
uero iacob separasset greges. & in
qui primo tempore ascendebant oues. pone
bat iacob uirgas. in canalibus. aquarum
ante oculos arietum. ut uidentes
concipiant. Quando uero
serotina ad mittendum erant. & oportebat
mutari. ut poneret eas. fiebatq; fiunt ea
que erant serotina laban. & que prima
tempore iacob. Ditatusq; est homo ultra
modum. & habuit greges multos. an
cillas. & seruos. camelos. & asinos. nu

Postq; autem audiuit uerba fili
orum laban dicentium. tulit iacob omnia
quecunq; fuerant patris nri. & de illius fac
ultate ditatus est. Et uidit faciem laban. & non
erat erga se sicut heri & nudiustertius.
Dixitq; ad eum dominus. Reuertere in
terram patrum tuorum. & ad generationem
tuam. erotq; tecum. Audiuit uocem ra
chel & lia magis ubi pascebat greges.
Dixitq; eis. Video faciem patris uri. q. non
sit erga me. sicut heri & nudiustertius.
Deus aut patris mei. fuit mecum. ipse
nostis q. totis uiribus meis seruierim pa
tri uro. Sed pater uro commutauit me. &
mutauit mercedem meam. decem uicibus
tam non dimisit eum dno. ut noceret
mihi. Si quando dixerat. Quicquid
cedes mihi. pariebant omnes oues uarios fe
tus. Quando uero commutauit. albaque
accipies pmercede. omnis greges alba
pepererunt. Tulitq; dns substantiam pa
tris uri. & dedit mihi. Postquam enim cep
tus est uitulus tempus adueniebat. leuauiq;
oculos meos. & uidi in somnis. ascenden
tes mares super feminas. uarios. & maculo
sos. & diuersorum colorum. Dixitq; an
gelus dei ad me in somnis. iacob. ego
respondi. Adsum. Cui ait. Leua oculos
tuos. & uide uniuersos masculos. ascen
dentes super feminas. uarios. & resplendentes
maculosos. Ego enim omnia quecunq; fecerit
tibi laban. Ego sum deus bethel. ubi unxi
sti lapidem. & uouisti mihi. Nunc
ergo surge. & egredere de hac terra.
& reuertere in terram natiuitatis tue. Respon
dit rachel & lia. Numquid habemus
residui quicq; in facultatibus. & hereditate
domus patris nri. Nonne quasi alienas reputauit nos. & uendidit comedit
quoq; pretium nrm. Sed deus tulit oues pa
tris uri. & nobis eas tradidit ac filiis nris.
Unde omnia quecunque fecit
dixit ergo iacob. & imposuit liberos
suos & uxores suas super camelos. abiit. Tulit
quoque omnem substantiam. & greges. quicquid
sibi fecerat in mesopotamia. adquisierat. pergens
ad ysaac patrem suum in terram chanaan.
Eo tempore laban ierat ad tondendas o
ues. & rachel furata est idola patris sui.
Nolentq; iacob. fugere. q. fugerat.
Cum quibus abiit. & transiuit flumen. q. omnia que
uni sibi erant. & in montem galaad. Nunc
tum laban dictum q. fugerat iacob.
clam assumpsit filios suos. & persecutus e-

Deut. xxi

Deut. xxii

Iud. xviii

eum dieb. septem. et comprehendit eum in
monte galaad. Cumque in somnis dixisset
ei dñs. cave ne quidquam asperum loquaris
contra iacob. Iamque iacob extenderat in
monte tabernaculum. Cum ille conse-
cutus esset. cum fratribus suis uicedomino
de galaad. fertur temporum. dixit ad iacob.
Quare mecum egisti. uelam meis abigere filias
meas quasi captiuas gladio. Cur cla-
mare me fugere uoluisti. nec mihi
re nuntiasti. ut prosequerer te cum gau-
dio. et canticis. et tympanis. et cytharis. no-
n osculatus es filios meos ac filias
Stulte operatus es. Et nec potestas
manus mea reddere tibi malum. Sed de
patris tui deus dixit mihi. Cave ne loqua-
ris cum iacob quicquam durius. Esto ad
tuos ire cupiebas. desiderio tuo eram domi
patris tui. cur furatus es deos meos. Res-
pondit iacob. Quod in secreto fecisse tuis fi-
lium nolebam auferre filias tuas. Cui
autem fuerit meum quod. apud quem cumque
inueneris deos tuos. nec erit coram fra-
tribus. Scrutare quicquid tuorum apud me
uenerit. auferes. Hec dicens ignorabat q
rachel furtiua ceperat ydola. Ingressus igit
laban tabernaculum iacob. et eius
usque famule. inuenit. Cumque intra-
set tentorium rachelis. illa festinans abs
condit ydola sub stramentis camelorum.
sedet desuper. Scrutatusque omne tentorium
et nihil inuenientem ait. Ne irascat dns
meus q coram te adsurgere neque ob
uerta gratia iudicii feminarum mihi acci-
dit mihi. Sic delusa solliciti quere-
ntis est. Tunc iratus iacob cum iurgio ar-
guit laban obiecit ei meam. et pro uiue
nium. sic egisti. et postmodum. et scrutatus
es omnem supellectilem meam. Quid in
uenisti de cunctis substantiis domus tue
Pone hic coram fratribus meis. et tri
bus cuis. iudicent inter me et te. Iam ecce
uiginti annis fui tecum. oues tue. capre
steriles non fuerunt. arietes gregis tui
non comedi. nec captum abstulisti
tibi. Ego dampnum eius reddebam.
Quicquid furto periebat. ab me exigebas.
Die noctuque estuabam. gelu. fugie-
bat somnus ab oculis meis. Sic pe-
gum annos in domo tua seruiui tibi.
xiii. pro filiis. et xiii pro gregibus tuis. Im-
mutasti quoque mercedem meam decem
uicibus. Nisi deus patris mei abraham
timor ysaac adfuisset mihi. me for-
sitan in modo nudum dimisisses. Affli-
ctionem meam. laborem manuum mearu
respexit deus. arguit te heri. Respondit
ei laban. filie. filii. greges tui. omnia
que cernis mea sunt. Quid possim fa-
cere filiis. et nepotibus meis. Veni ergo.
ineamus fedus. ut sit testimonium
inter me et te. Tulit igitur iacob lapidem
erexit in titulum illum. Dixitque
fratribus suis. Afferte michi lapides. Qui
congregantes fecerunt tumulum. co
nedentesque super eum. Quem uocauit
laban tumulus testis. iacob acerui
testimonii.

Dixitque laban. tumulus iste testis erit
inter me et te hodie. Et ideo appellatus est
nomen eius galaad. Acceruus quoque dixit. In
tuentur dns. iudicet inter nos. qm recesse
rimus a nobis. si afflueris filias meas. si
tradueris alias uxores super eas. nullus
sermonis nm testis est. absque deo. qui pre
sens respicit. Dixitque rursus ad iacob. Ecce
tumulus hic. et lapis quem erexi inter me et
te testis erit. Tumulus iniquum iste. et lapis
sint in testimonium. Sanctus deus abra
ham. et deus nachor. iudicet inter nos. dns patris
eorum. Iurauit iacob per timorem patris sui
ysaac. Immolansque in eo uiuis in mon
te. uocauit fratres suos ut ederent panem.
Qui cum comedissent. manserunt ibi.
laban uero de nocte consurgens. osculatus
est filios. et filias suas. et benedixit illis. re
uersusque est in locum suum. Iacob quoque
abiit uiuere quo cepit. occurrerunt ei
obuiam angeli dei. quos cum uidisset ait.
Castra dei sunt hec. et appellauit nomen loci
illius manaim. Edisit autem et
nuntios ante se. ad esau fratrem suum inter
ram seir. regionis edom. precepitque eis
dicens. Sic loquimini domino meo esau. Hec
dicit frater tuus iacob. Apud laban peregri
natus sum. et fui usque in presentem diem.
Habeo boues. et asinos. et oues. et seruos atque
ancillas. Et misi nunc legationem ad
dominum meum. ut inuenam gratiam in con
spectu tuo. Reuersi sunt nuntii ad

Gen. xlii.

Gen. xlii.

Gen. xlii.

Leu. xxiii. xxiv.

37

iacob dicentes. Cum ergo ad esau fratrem
suum venisset, ipse iam in occursum ibat
cum quadringentis viris. Cumque
iacob iam appropinquasset, prostratus dimisit ante se quin
que greges. Greges quoque oues hi
rcos. camelos indias turmas dicens.
Siquidem esau ad unam turmam pervenis
set eam. alia turma que reliqua est fu
gabitur. Dixerat iacob. deus patris
mei abraham. et deus patris mei ysaac
domine qui dixisti mihi revertere in terram
tuam. et in locum nativitatis tue. et be
neficiam tibi. et mors sum ego tue
miserationibus tuis. ut memento quod feci
seruo tuo. In baculo meo transiui ior
danem istum. et nunc ecce duabus turmis
redeo. eruere me de manu fratris mei.
de manu esau. quia timeo. ne forte
veniens percutiat me. et matrem. et filios.
locutus es quod bene mihi facies. et dilatabo
semen meum sicut arenam maris. que
pro multitudine numerari non potest.
Cumque dormisset ibi nocte illa. sepa
rabit que habebat munera esau fratri
suo. Capitulum. cc. hircos. cc. oues. cc.
arietes. cc. camelas feta cum pullis suis
xxx. vaccas. xl. taurosque. xl. asinas.
xx. et pullos eorum. Et iussit puerum
seruos suos. singulos seorsum gre
ges. Dixitque pueris suis. Antecedite
me. et sit spatium inter gregem et gregem.
Et precepit priori dicens. Si obuiauerit ha
bueris esau fratrem meum. et interrogaue
rit te. cuius es. aut quo uadis. et cuius
sunt isti qui te sequuntur. Respondebis.
seruus tui iacob. Munera misit domino
meo esau. Ipse quoque post nos uenit.
Similiter quoque mandauit dedit sedecim
fratribus. dicens. qui sequebantur greges.
dicens. Hisdem uerbis loquimini ad
esau. cum inueneritis eum. Addetis. Ipse quoque seruus tuus iacob. me
tum insequitur. Dixerat enim. Placabo
illum muneribus que precedunt. et po
stea eum videbo. forsitan placabitur mihi.
Processerunt itaque
munera ante eum. Ipse uero man
sit nocte illa in castris. Cumque ma
turasset surgens. tulit duas uxores suas.
et totidem famulas. cum undecim
filiis. et transiuit uadum iabboc. Cum
que

Doneris pro omnibus quae sequebantur.
remansit solus. Ecce uir luctabatur
cum eo usque mane. Qui cum uide
ret quod eum superare non posset. tetigit
nerui femoris eius. et statim emarcuit.
Dixitque. Dimitte me. iam
enim ascendit aurora. Respondit. Non
dimittam te. nisi benedixeris mihi.
Ait ergo. Quod nomen est tibi. Respon
dit. Iacob. At ille. Non iacob inquit
appellabitur nomen tuum. sed is
rahel. Quia si contra deum fortis fuisti
quanto magis contra homines prualebis.
Interrogauit eum iacob. Ne mihi
quo appellaris nomine. Et ait. Cur
quis nomen meum. Benedixit
eum eodem loco. Cognouitque iacob nom
loci illius. phaniel dicens. Vidi deum
facie ad faciem. et salua facta est anima
mea. Orta quoque est ei statim sol. postque
transgressus est phaniel. Ipse uero
claudicabat pede. Quam ob rem iam
non comedunt filii israel nervum. qua e
marcuit in femore iacob. usque in ipse
ut diem. eo quod tetigerit nervum femo
ris eius. et obstipuerit. Leuatis au
tem iacob oculis suis. aspiciebat ecce
esau. et cum eo quadringenti uiros
Diuisitque filios lyae. rachel. ancillarum
familias. et posuit unamquamque in sella.
Ipse uero ante omnes processit. Ipse uero
et filii eius in sede loco. Rachel autem et
ioseph nouissimi. Et ipse egredientes ad
mouit primus. donec appro
pinquaret fratri suo. Cum ergo iam
obuiam fratri suo. amplexatus est eum
stringens ceruicem eius. et osculatus fle
uit. Leuatisque oculis. uidit mulieres et pue
ros. dixit. Quidnam uobis uolunt ha
ec omnia. Respondit. Paruu
li sunt. quos donauit mihi deus seruo
tuo. Et appropinquantes ancillae filii
earum. adorauerunt. Accessit quoque ho
cum liberis suis. et cum similiter adorasset.
exceptis rachel et ioseph adorauerunt. Et
ait esau. Quae nam sunt omnia ista
me. quas obuiauerunt habui. Respondit. Vt
inuenirem gratiam coram domino meo. at ille
habeo ait plurima fratrem mi sint tua ibi.
Deprecatus iacob. noli ita obsecro. si inuenio
gratiam coram oculis tuis accipiens

33

culum de manib meis. sicenim uidi faci
em tuam. quasi uidere multum dei. Esto
mihi primus. suscipe benedictionem
quam attuli tibi. quam mihi deus tri
buens omnia. Cum fere compellente suscepit.
aut. Gradiamur simul. eamq; secum in ei
tinere. Dixerat iacob. Scis domine mi quod parvu
los habeam teneros. oves. ac boues fe
tas mecum. quas si plus in ambulando
fecero laborare. morientur uno die cunc
ti greges. Precedat dominus meus ante ser
uum suum. ego sequar paulatim uesti
gia eius sicut uidero posse parvulos
meos. donec ueniam ad dominum meum in
seyr. Respondit esau. Oro ut de ple
bibus quibus mecum est saltem socii remaneant
uiae tue. Atille Sed cur illum
non est hoc inuo indigeo ut inuenia gra
tiam in conspectu domini mei. Reuertitur
eadem ergo est illo die via itinere quo uenerat
in seyr. Et iacob uenit in succhoth. ubi
edificauit domo. fecitq; tentoria. appellauit
nomen loci illius succoth.
transiuitq; iacob in salem urbem sicimorum. quae
est in terra chanaan. Postq; reuersus est de
mesopotamia syrie. habitauit iuxta
oppidum. emitq; partem agri in qua fixe
rat tabernacula a filiis emor patris
sichem centum agnis. erecto ibi alta
re. inuocauit super illud fortissimum dm
israel. Egressa est autem dina filia lyae ut
videret mulieres regionis illius. Quam
cum uidisset sichem filius hemor. heuei
princeps terre illius. adamauit. rapuit.
dormiuit cum illa. et opprimens uirgi
nem. doluit mana est. anima eius cui ad
hesit. tristemq; blandimis delinuit. Egressus
ad emor patrem suum. accipe inquit
puellam hanc coniugem. Quod
cum audisset iacob. absentib filiis. in
pastu occupatis pecorum. siluit donec
redirent. Egresso autem emor pater sichem
ut loqueret ad iacob. Ecce filii eius ue
niebant de agris. audiuerant quae acciderant.
moesti sunt nimis. eo q; fedam rem et opem
nullis inusitatam filia iacob perpessa
est. violata filia iacob permissa
est. Locutus est itaq; dicens
ad eos. Sichem filius meus adhesit anime filie
uestre. Date eam illi uxorem. iungamus
mutuis connubiis filias nostras. tradite
nobis. filias nostras accipite. habitate
nobiscum. Terra in potestate nostra est. ex
ercete negotiamini. possidete eam. Sichem autem ait patri ac ad fratres eius. Inueniam gratiam coram uobis. quae
cumque statueritis dabo. Augete dotem. munera
postulate. libenter tribuam quod petieritis. tantum date mihi puellam hanc uxorem.
Responderunt filii iacob. sichem et
pater eius in dolo. seuientes ob stuprum
sororis. Non possumus facere quod petitis. nec dare sororem nostram homini incircumciso. quod illicitum nephandum est
apud nos. Sed hoc uobis ualebimus federa
re si noluerit nostri similes. circumcidatur
in uobis omne masculini sexus. Tunc
dabimus. accipiemus mutuo filias
nostras. et habitabimus uobiscum
erimusq; unus ppls. Si autem cir
cumcidi noluerit. tollemus filiam nostram
et recedemus. Placuit oblatio eorum emor
sichem filio eius. Nec distulit adolescens
quin statim quod petebatur impleret. Amabat enim puellam ualde.
ipse erat inclitus in omni domo patris sui.
Ingressique portam urbis locum iudicii.
Viri isti pacifici sunt. nolunt habita
re nobiscum. Negotientur in terra. et
exercent eam. quae spatiosa latitudine indi
get cultoribus. filias eorum uxores accipie
mus. nostras illis dabimus. Sed in hoc
differunt tantum domus. si circumcidi
mus masculos nostros. rerum genus in
mixtures. substantia eorum. et pecora. et
cuncta quae possident nostra erunt. Tan
tum in hoc adquiescamus. habitantes
simul. unus efficiamur ppls. Assen
serunt omnes circumcisis omnis ma
ris. recente dolore. qui grauissimus do
lor est uulnerum. arripiens duo iacob
filii. Simeon et leui fratres dinae gladiis
ingressi sunt urbem ofidentem. interfe
ceruntque omnes masculos. emor et sichem
pariter necauerunt. Tollentes de domo
dinam sichem sororem suam. Quib egre
si interfecerant supereos. ceteri filii ia
cob. et depopulantur urbem in ul
tionem stupri. Oues eorum armentaq;
asinos cunctaq; uastantes. quae in
domibus et agris erant. Paruulos
uxores eorum. diripiunt cuncta.
Quib patrem consolatur iacob dic

Gen. xxxv. Deut. xxx. Hosee xii. Abdon. xxx. S. e. xlm Dan. vii.

Jo. xcii. J. e. lxxx. J. e. lxxx. Jos. xiii. Jey. xxxii. S. e. xiii

Gen. xxxii.

J. e. lxxx.

34

ad hymeon: et leui. Turbastis me: odio habe
ritis habitatores terre chanaanei: et pheresei. habitatores
terre. Et ego cum paucissimi sumus. Congregati
pauci me: et delebor ego: et do
mus mea. Responderunt. Numquid
ut scorto abuti debuere sorore nostra.
Interea locutus est deus ad iacob di
cens. Surge: ascende bethel: habita ibi
fac que inde altare deo qui apparuit tibi
quando fugiebas esau fratrem tuum.
Iacob uero omnem domo sua ad
uocate deos alienos qui inter uos sunt et
munda mini. Mutate uestimenta
uestra. Surgite: ascendamus bethel
ut faciamus ibi altare deo. Qui exaudi
uit me in die tribulationis mee: et fuit so
cius itineris mei. Dederunt ergo ei omnes de
os alienos quos habebant: et inaures quas
erant in aurib eorum. Ille infodit ea
subter terebinthum quae est iuxta
sichem. Cumque profecti essent: terror dei fu
ut sit omnes per circuitum ciuitates: ne
sunt ausi persequi recedentes. Venit
igitur iacob in luzam quae est in terra chanaan
cognomento bethel. ipse et omnis populus cum eo.
Edificauitque ibi altare: et appellauit no
men loci illius domus dei. Ibi enim apparu
erat ei deus. cum fugeret fratrem suum.
Et de interiore ciuitate est delorum nu
trix rebecce: et sepulta est ad radices bethel
subter quercum. Vocatum que est nomen
loci quercus fletus. Apparuit autem ei
rursum deus iacob postquam reuersus est de
mesopotamia syrie: benedixitque ei
dicens. Non uocabitur ultra iacob. sed
israel nomen tuum: et appellauit eum israel.
dixitque ei. Ego deus omnipotens. cresce et
multiplicare. gentes et populorum ex te
erunt gentes. Reges de lumbis tuis egredi
entur. Terram quam dedi abraham et isaac
dabo tibi. et semini tuo post te. et egres
sus abeo. Ille uero erexit titulum lapi
deum in loco quo locutus fuerat ei deus.
libauit super eum libamina. et effudit super
eum oleum. Vocauitque nomen loci bethel.
Egressus inde uenit uerno tempore ut
quod ei ephrata. id est quia cum parturi
ret rachel. et difficultate partus pati
cinari cepit. Dixitque ei obstetrix. Noli
timere. quia huic habebis filium. Et
egrediente anima prae dolore: id est
uente iam morte: uocauit nomen filii sui
benoni. Pater uero
appellauit eum benyamin.

Mortua est ergo rachel et se
pulta in via quae ducit ephratam. haec est
bethlehem. Erexitque iacob titulum super
sepulchrum eius. hic est titulus monumen
ti rachel. usque in presentem diem. Egres
sus inde fixit tabernaculum trans turrem
gregis. Cumque habitaret in illa re
gione: abiit ruben et dormiuit cum bala
concubina patris sui. Quod illum in
nimis laesit. Erant autem filii iacob
duodecim. Filii lie primogenitus ruben.
et symeon et leui et iuda et ysachar et zabu
lon. Filii rachel. ioseph et benyamin. Fi
lii bale ancille rachelis. dan et neptalim.
Filii zelphe ancille lie. gad et aser. hi
filii iacob qui nati sunt ei in mesopota
mia syrie. Venit etiam ad ysaac pa
trem suum in mambre ciuitatem arbe.
hoc est hebron. in qua peregrinatus est abra
ham et ysaac. et impleti sunt dies ysaac.
et lie. annorum consumptusque etate mo
ritur. et est. Et appositus ad populum suum senex ple
nus dierum. et sepelierunt eum esau et
iacob filii eius.

36

Hec autem generatio
nes esau. ipse est edom. Esau accepit
uxores de filiabus chanaan. Ada filiam elon
cetei. et ooliba mam filiam ane filie
sebeon heuei. Basemath quoque filiam is
mahel sororem nabaioth. Peperitque autem
ada heliphaz. Basemath genuit raguel.
Ooliba mam edom et iaus et ialon et core.
Hi filii esau qui nati sunt ei in terra
chanaan. Tulit autem esau uxores suas et
filios et filias et omnes animas domus
suae. et substantiam et pecora et cunctaque
habere potuit in terra chanaan. abiit
in regionem alienam. recessitque a facie
fratris sui iacob. Diuites enim erant nimis
et habitare simul non poterant. nec sufficie
bat eos terra peregrinationis eorum. pre
multitudine gregum. habitauitque esau
in monte seyr. ipse est edom. Hec igitur
generationes esau patris edom in monte
seyr. Hec nomina filiorum eius. Eliphaz
filius ada uxoris esau. Raguel quoque
filius basemath uxoris eius. fuerunt que
filii eliphaz. theman. omar. sepho
gatham. et cenez. Porro autem filia

mma concubina eliphaz filii esau. que
peperit ei amalech. hii sunt filii adae
uxoris esau. filii autem ra
uhel nahae. zerah. samma. mazza. hii
filii basemath uxoris esau. Istiquoq; erant
filii a olibama. filie ane. filie sebeon
uxoris esau quos genuit ei. ieus. ela. lo
rehore. Hii duces filiorum esau. fi
lii heliphaz primogeniti esau. Dux the
man. Dux omar. Dux sepho. Dux ce
naz. Dux chore. Dux gathan.
Dux amalech. Hii filii eliphaz inter
ra edom. hii filii ade. hii quoq; filii ra
huhel filii esau. Dux nahath. Dux zara.
Dux semma. Dux mazza. hii duces ruhu
hel. in terra edom. Isti filii basemath u
xoris esau. hii autem filii holibama
uxoris esau. Dux ieus. Dux ielon. Dux
chore. hii duces holibama. filie ana
uxoris esau. Isti filii esau. et hii duces
eorum. ipse est edom. Isti filii seyr horri.
habitatores terre. lotham. et sobal. et sebe
on. et ana. et dison. et ebeson. et dran. hii
duces horrei filii seyr in terra edom. Fie
ti sunt autem filii lotham. hor. et hemam.
Erat autem soror lotham. thamna. isti
filii sobal. hemam. et manaheth. et hebal.
sephi. et onam. Et hii filii sebeon. ai a
et ana. Iste est ana. qui inuenit aquas
calidas in solitudine cum pasceret asinos
sebeon patris sui. Habuitq; filium di
sion. hanam. et esebon. et ieteran. et che
ran. hii quoq; filii heser. balaham. et
iuan. zachan. Habuit autem filios dision.
hus. et aran. Isti duces horrei. Dux lo
ran. Dux sobal. Dux sebeon. Dux ana.
Dux dison. Dux esar. Dux disan. Isti
duces horrei. qui imperauerunt in
terra seyr. Reges autem qui regnaue
runt in terra edom. antequam haberet
regem filii israel. fuerunt hii. bala filius
behor. nomen quoq; urbis eius denaba. Mortuus
autem bala. regnauit pro eo iobab filius
zare de bosra. Cumq; mortuus esset iobab
regnauit pro eo husam de terra themanorum. hoc quoq;
mortuo regnauit pro eo adad filius
bedad. qui percussit madian in regione
moab. nomen urbis eius auith. Cumq;
mortuus esset adad regnauit pro eo sa
mla de masreca. hoc quoq; mortuo regnauit pro eo
saul de rehoboth. cumq; hic obiisset.
successit in regnum balanan filius ac
chobor. isto quoq; mortuo regnauit pro
eo adad. nomen quoq; urbis eius phou. appel
labatur uxor illius mehetabel filia matre
red. filia mezahab. Hec ergo nomina du
cum esau in cognationibus. et locis. et in cognomi
bus suis. Dux thamna. dux alua. dux iet
eth. dux holibama. Dux ela. dux pha
non. dux cenez. Dux theman. dux mab
sar. Dux magdiel. dux iram. hii duces e
dom habitantes in terra imperii sui. ipse est esau
pater idumeorum. isti duces horrei. dux lothan
dux sobal. dux sebeon. dux ana. dux dison.
dux eser. dux disan. Habitauit autem iacob
in terra chanaan. in qua peregrinatus est
pater suus. hec sunt generationes eius. in

Ioseph cum esset septem et triginta annorum. pasce
bat gregem cum fratribus suis. adhuc puer
erat cum filiis bale. et zelphe uxorum pa
tris sui. Accusauitq; fratres suos apud pater
crimine pessimo. Isti autem diligebant
ioseph. super omnes filios suos. eo quod senem
te genuisset eum. fecitque ei tu
nicam polimitam. Iudentes autem fratres
eius. quod pater plus eum diligeret filiis ceteris. ama
uerunt eum nec poterant ei quicquam
pacifice loqui. Accidit quoq; ut uisum s
somnium referret fratribus suis. Quae causa
maioris odii seminarium fuit. Dixitq; ad
eos. Audite somnium meum quod uidi. Pu
tabam ligatos nos manipulos in agro. et qua
si consurgere manipulum meum. stare.
uosq; manipulos eius circumstantes adorare
manipulum meum. Responderunt fratres
eius. Numquid rex uir eris. aut subiecti
onem tue. Hec ergo causa somniorum
atq; sermonum minuebat. et odii fomitem
ministrauit. Illud quoq; uidit somnium
quod narrans fratribus ait. Vidi per somnium
quasi solem. et lunam. et stellas undecim a
dorare me. Quod cum patri suo et fratribus
retulisset. increpauit eum pater. dixit.
Quid sibi uult hoc somnium quod uidisti.
Numquid ego mater tua. et fratres tui. adorabimus
te super terram. Inuidebant ignari esse
filii. Pater uero rem secum considerabat.
Cumq; fratres illius in pascendis gregibus
patris morarentur in sichem. dixit ad eum
israel. fratres tui pascunt oues in sichem.
mitte te ad eos. Quo respondens
repetito sermone.

Iade uade si

eunetur spera sunt ergo fratres tuos pec
tu. ereuntur ut mecum quid agatur. Ob
sul deuit hebron. uenit in sichem. Inu
uenitque eum uir errantem in agro. Rog
rogauit quid quereret. Ille respondit
fratres meos quero. indica mihi ubi pa
cant. Profectus eunt. Recesserunt
de loco isto. audiuit autem eos dicentes. Ca
mus in dothaim. Venit ergo ioseph
post fratres suos. Inuenit eos in dotha
im. Qui cum uidissent eum procul. an
quam accederet ad eos. cogitauerunt illum
occidere. mutuo loquebantur. Ecce som
niator ueniet. uenite occidamus eum
et mittamus in cisternam uetere.
Dicemusque feta pessima deuorauit eum.
et tunc apparebit quid illi prosint somnia
sua. Audiens hoc nitebatur ruben li
berare eum. de manibus eorum. et dicebat.
Non interficiamus animam. nec
effundamus sanguinem. sed proiicite
eum in cisternam hanc que est in solitudi
ne. manusque uestras seruate innocuas. hoc
autem dicebat. volens eripere eum de
manibus eorum. et reddere patri suo. Confes
tim igitur utpuerum abstraxerunt
tunica sua tunica multicolori et polymita.
Quod est tunica ex multis coloribus ornata. q. cum pensa eumque ab illi
dyis sepe cum bona actio antecedit oculos ipsi aduertere nos permittit eg.
Misterunt que eum in cisternam que uide
bat aquam. et sedentes ut comedent
panem. Viderunt uiatores bisinaheli
tas uenire de galaad. et camelos eorum por
tantes aromata. et resinam. et stacten
uel egyptum. Ait ergo iuda ad fratres
suos. Quid nobis prodest. si occiderimus
fratrem nostrum. et celauerimus sanguinem
ipsius. melius est ut ueneundetur is
maheli. et manus nostre non polluantur.
Frater enim et caro nostra est. Acquieuerunt
fratres eius. et preteriens
tes madianei negotiatores extraen
tes eum de cisterna uenumdederunt ismae
helitis uiginti argenteis. Qui duxerunt
eum in egyptum. Reuersus que ruben
non inuenit puerum ad cisternam
et scissis uestibus pergens ad fratres suos.
Puer non comparet. ego quo ibo. Fu
erunt autem tunicam eius. et intinguentes
hedi que occiderant tunicam. miserunt
qui ferrent ad patrem. et dicerent. hanc
inuenimus. inde utrum tunica
filii tui sit an non. Quam cum agnouisset
pater ait. Tunica filii mei est. Ferapessima
deuorauit eum. bestia comedit ioseph. u
Scissisque uestibus induitus est cilicio. lugebat
filium multo tempore. Congregatis autem omni
bus liberis eius. ut mitigarent dolorem patris.
noluit consolationem recipere. Erat. Ne de
scendam ad filium meum. lugens in sepulchro
illo pseudante inflexum. madianite ue
nierunt in egyptum. eunuchus
pharaonis magister militie.

Eodem tempore descendens iudas a
fratribus suis deuenit ad uirum odollami
tem nomine hyram. Iudeque ibi hominis
filiam chanani uocabulo sue. Vxore ac
cepta ingressus est ad eam. Que concepit
et peperit filium. uocauitque nomen eius her.
Rursus concepto fetu. natum filium no
minauit onam. Tertium quoque peperit
que in appellauit sela. Quorum pater
uitra cessauit. Dedit autem iudas uxorem.
primogenito suo her: nomine thamar. fu
itque her primogenitus iude nequam
in conspectu domini. ratione occisus est. Dixit er
go iudas ad onam filium suum. Ingredere
ad uxorem fratris tui. et sociare illi in fuscitet
semen fratri tuo. Ille autem sciens non sibi na
scitur filios. Introiens ad uxorem fratris sui
semen fundebat in terram. ne liberi fratris no
mine nascerentur. Quod cum fecisset displicuit eum
dominus. eo quod rem faceret detestabilem. quo ob
rem dixit iudas thamar nurui sue. Esto
uidua in domo patris tui. donec crescat
sela filius meus. Timebat enim ne ipse
moreretur. sicut fratres eius. Quo abiit
et habitauit in domo patris sui. Cumque
a multis diebus mortua esset filia sue uxor iu
de. qui post luctum consolatione fuisset
tu. ascendebat ad tonsores ouium suum
thimnatha cum odollamita iuda
tas. adsumpsit que secum hyram. et
iuis ascendere in thamnatha ad tondendas
oues. Que depositis indumentis uestibus
adsumpsit theristrum. et uiuaro ho
bitu sedit in bilio uiae. quod ducit ha
mnata. eo quod crescisset sela. nondum accepi
sset maritum. Quam cum uisset iu
das suspicatus est esse meretricem. op
uertit enim uultum suum. ne cognos
ceretur. Ingrediensque ad eam ait. Dimit
te me ut eam tecum. Nesciebat enim
quis nurus sua esset. Qua respondit ait.

Gen. xxxvii.

Gen. xxxviii.

Quid michi dabis ut me in tuo conducas? Dixit: Dabo tibi hedum de gregibus. Rursumque illa dicente: Pactum quod mihi dederis mihi arrabonem, donec mittas quod polliceris. Ait iudas: Quis est iudex pro arrabone dari? Respondit: Annulum tuum et bacculum quem in manu tenes, et cum illam concepit mulier, surgens abiit. Depositis quibus habitu quem assumpserat, induta est vestibus suis. Misit autem iudas hedum per pastorem suum odolamitem ut reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cum non invenisset eam, interrogavit homines loci illius, ubi meretrix sedebat in biuio. Responderunt: Non fuit hoc loco ista meretrix. Reversusque est ad iudam et dixit ei: Non inveni eam. Sed et homines loci illius dixerunt mihi, nunquam illic sedisse meretricem. Ait iudas: Habeat, certe non erubescit nos arguere: non potuit. Ego misi hedum quem promiseram, et tu non invenisti eam. Ecce autem post tres menses nuntiaverunt iuda dicentes: Fornicata est thamar nurus tua, videntur uterus illius intumescere. Dixitque iudas: Producite eam incombustam. Quae cum educerentur, misit ad socerum suum dicens: Demum cuius haec sunt concepi. Cognosce cuius sit annulus et annulus et cuius. Quo agnito, iudicavit: Iustior me est quia non tradidi eam sela filio meo. Et tamen ultra non cognovit eam. Instante autem partu apparuerunt gemini in utero atque impletis mensibus infantium, unus protulit manum, in qua obstetrix ligavit coccinum dicens: Iste egredietur prior. Illo autem retrahente manum egressus est alter. Dixitque mulier: Quare divisa est propter me maceria? Et hoc nomen ei indit: Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellavit zara.

tis. Et cum egredieris non ex ibis
ut uacui. set postulabit mulier amica
sua. & hospita sua. uasa argentea.
aurea. ac uestes. ponetq; ea super filios
filias uras. & spoliabitis egyptum.

Respondit moyses. ait.
Non credent mihi. neq; audient uo
cem meam. sed dicent. non apparuit
tibi dn̄s. Dixit ergo dn̄s ad eum. Quid
est hoc q̄ tu ges in manu tua. Ait
virga. Dixitq;. Proice illam in terram.
proiecit. & uersa est in colubrum. & ma
nu fugiebat moyses. Dixitq; dn̄s. Ex
tende manum tuam. & apprehende ca
udam eius. Extendit. & tenuit. & ue
rsa est in virgam. Et credant mihi
quod apparuerit tibi dn̄s deus patrū
uōrum. deus abraham. & deus ysaac.
et deus iacob. Dixitq; dn̄s rursum.
mitte manum tuam in sinum tuum.
Quam cum misisset in sinū suū. pro
lit leprosam instar niuis. Rursumque ait
manum in sinum tuum. Retraxit. et
protulit. rursum & ecce sumilis carni re
lique. Si non crediderint mihi. quit tibi
neq; audierint sermonem signi prioris.
credent uerbo signi sequentis. Quod
si nec duobus quidem signis his crediderit.
neq; audierint uocem tuam. sume aq̄
fluminis. & effunde eam super aridam. et
quecquid ausueris de flumine. uertetur in
sanguinem. Ait moyses. Obsecro dn̄e.
non sum eloquens ab heri. & nudius ter.
& ex quo locutus es ad seruum tuum. in
peditioris et tardioris lingue sum. Dixit
q̄ dn̄s ad eum. Quis fecit os hominis.
aut quis fabricatus est mutum. & sur
dum. & uidentem. & cecum. nōne ego. n
Perge igitur. ego ero in ore tuo. doceb
q; te quid loquaris. At ille. Obsecro mi
dn̄e. mitte quem missurus es. Iratus
dn̄s in moysen ait. Aaron frater tuus
leuites. scio q̄ eloquens sit. Ecce ipse
egredietur in occursum tuum. videns
q; te letabitur corde. Loquere ad eum.
& pone uerba mea in ore eius. ego ero
in ore tuo. & in ore illius. docebo te quid
uobis quid agere debeatis. Ipse loque
tur pro te ad populum. Tu
autem eris ei in his que ad dn̄m pertinent.
Virgam quoq; hanc sume in manu
tua. in qua facturus es signa. Abiit
moyses. & reuersus est ad socerum
suum. Dixitq; ei. Ibo quam & reuer
tar ad fratres meos in egyptum. ut ui
deam si adhuc uiuunt. Cui ait iethro.
uade in pace. Dixit ergo dn̄s ad moy
sen in madian. Vade & reuertere in egip
tum. Mortui enim sunt omnes qui
querebant animam tuam. Tulit ergo
moyses uxorem suam. & filios suos. & im
posuit eos super asinum. reuersusq; est
in egyptum. portans virgam dei in ma
nu sua. Dixitq; ei dn̄s. Reuertenti in ae
gyptum. Vide ut omnia ostenta. quē po
sui in manu tua facias coram pharaone.
Ego indurabo cor eius. & non dimittet
populum. Dicesq; ad eum. Hec dicit dn̄s. Fi
lius primogenitus meus est israel. Dixi

Gray Scale
0 1 2 3 4

Vadiebat uxorem & filios in uolunitate dei cor
eius in peditione sanguis retinq; puer sanguis. & at
spa. c. 1. an exo ungo tuo manum sed tenebo
age ut fundam sanguinem filii mei. & dixit ipsa sang

tibi. Dimitte filium meum ut seruiat
mihi. & noluisti dimittere eum. Ecce
ego interficiam filium tuum primogeni
tum. Cumq; esset in itinere. inuenit eum dns. & uolebat occidere eum. Tu
lit ilico septem acutissimam petram ac
cumcidit preputium filii sui. Tangitq;
pedes eius. & ait. Sponsus sanguinum tu
mihi es. Et dimisit eum. post hoc dixit.

sponsus sanguinum tu mihi es
propter circumcisionem. Dixit autem dns ad
aaron. Vade in occursum moysi in deserto.
Qui profectus est eum in monte dei. osc
ulatus est eum. Narrauitq; moyses aaron
omia uerba dni. quibus miserat eum. et
signa que mandauerat. Ueneruntq; simul
congregauerunt cunctos seniores filio
rum israel. Locutusq; est aaron omia uerba
que dixerat dns ad moysen. fecit signa
coram populo. credidit populus. audierunt
q; q' uisitasset dns filios israel. quod res
pexisset afflictionem eorum. & prosti ad
orauerunt. Post hec ingressi sunt
moyses & aaron & dixerunt pharaoni.
hec dicit dns deus israel. Dimitte popu
lum meum ut sacrificet mihi in deserto. At
ille respondit. Quis est dns ut audiam
uocem eius. et dimittam israel. Nescio
dnm. israel non dimittam. Dixerunt. ei
ebreorum uocauit nos. ut eamus iti
nere trium dierum in solitudinem. ut sacri
ficemus dno deo nro. ne forte accidat no
bis pestis aut gladius. Ait ad eos rex egip
ti. Quare moyses & aaron sollicitant popu
lum a operibus suis. Ite ad onera ura.
Dixitq; pharao. Multus est populus fre
quentis q' turba sucreuerit. quanto ma
gis si dederimus eis requiem a operibus.
Precepit ergo in die illo prefectis operis.
et exactoribus populi dicens. Ne quaqua
ultra dabitis paleas populo ad conficien
dos lateres. sicut prius. sed ipsi uadant.
& colligant stipulam. & mensuras lateru
quas prius faciebant imponent super
eos. nec minuetis quicquam. Iniqui
enim. sed circo uacantes. dicentes.
eamus & sacrificemus deo nro. Opprimi
mantur operibus. & explicent ea. nec non
ad quiescat uerbis mendacibus. Egressi
sunt egressi prefecti operum. & exactores
ad populum dicentes. Sic dicit pharao.

Non do uobis paleas. Ite & colligite
sibi ubi inuenire potueritis. nec minuet
ur quicquam de opere uro. Dispersusq; e
populus per omnem terram egypti. ad colli
gendas paleas. Prefecti quoq; operum
instabant dicentes. Complete opus uum
cotidie ut prius facere solebatis. quando
dabantur uobis paleae. Flagellatiq;
sunt qui pte eorum operibus filiorum
israel. ab exactoribus pharaonis dicen
tibus. Quare non implestis mensuram
laterum. sicut prius. nec heri nec hodie.
Generantq; prepositi filiorum israel. mo
cantes sunt ad pharaonem dicentes. Sic
ita agis cum seruis tuis. Paleae non da
buntur nobis. lateres similiter imperan
tur. Ecce famuli tui flagellis cedimur. cum
iniuste agitur contra seruos tuos. Quam
uacantes otio. & circo dicitis. eamus et
sacrificemus dno. Ite ergo operamini.
paleae non dabuntur uobis. & reddetis
numerum laterum. Videbantq;
se prepositi filiorum israel in malum.
eo q' diceretur eis. Non minuetur quicq;
de lateribus per singulos dies. Occurrerunt
q; moysi & aaron. qui stabant ex aduerso.
egredientes a pharaone. & dixerunt ad eos.
Videat dns & iudicet quem fecerit fetidus
odorem nrum coram pharaone. & coram
eius. & prebuistis ei gladium ut occide
ret nos. Reuersusq; moyses ad dnm ait.
Dne cur afflixisti populum istum. Quare
misisti me. Ex eo enim quo ingressus sum
ad pharaonem. ut loquerer de nomine tuo.
afflixit populum tuum. & non liberasti eos.

Dixit dns ad moysen. Nunc uide
bis que facturus sum pharaoni. per
manum enim fortem dimittet eos. & in
manu robusta eiciet illos de terra sua.
Locutusq; est dns ad moysen dicens. Ego
dns qui apparui abraham. ysaac. & iacob.
in deo omnipotente. & nomen meum ado
non indicauit eis. Pepigique cum eis fe
dus ut darem illis terram chanaan. ter
ram peregrinationis eorum in qua fu
erunt aduene. Ego audiui gemitum
filiorum israel. quo egyptii opprimunt
eos. & recordatus sum pacti mei. Ideo
die filiis israel. Ego dns qui educam uos
de exaitulo egyptiorum. & eruam uos
de seruitute. ac redimam uos in brachio ex

Ad eo. u. vi. ep.

cello. & iudicis magnis. & assumam vos
mihi in populum. & ero vobis deus. & scietis
quia ego sum dominus deus vester qui educo vos
de corpore servitutis egyptiorum. & in
troducam vos in terram super quam levavi
manum meam ut darem eam abra
ham ysaac & iacob. Dabo que illam vo
bis possidendam. ego dominus. Cum audisset
ergo moyses omnes filios israel. Qui non
adquiescebant ei propter angustiam
spiritus & opus durissimum. Locutusque
est dominus ad moysen dicens. Ingredere. & lo
quere ad pharaonem regem egypti. ut
dimittat filios israel de terra sua. Re
spondit moyses coram domino. Ecce filii israel non
audiunt. & quomodo me audiet pharao
presertim cum sim incircumcisus labiis.
Locutus est dominus ad moysen & aaron.
& dedit mandatum ad filios israel. & ad
pharaonem regem egypti. ut educerent
filios israel de terra egypti. Isti sunt prin
cipes domorum per familias suas. filii
ruben primogeniti israhel. hanoc.
& phallu. esrom. & charmi. hi cognati
ones ruben. filii symeon. iamuhel.
& iamin. & aod. & iachin. & sohar. &
saul. filius chanaanitidis. hi per cognationes sy
meon. Et hec nomina filiorum leui
per cognationes suas. gerseon. & caath. et
merari. Anni autem vite leui fuerunt
cxxxvii. filii gerseon. lebeni. & semei.
per cognationes suas. filii caath. amram.
& isuar. & hebron. & oziel. Annique vite
caath. cxxxiii. filii merari. moholi. & mu
si. hi cognationes leui per familias suas.
Accepit autem amram uxorem iocha
bed patrueli suam. que peperit ei
aaron & moysen. fuerunt
que anni vite amram. cxxxvii. filiique
ysachar. core. & naphieg. & zechri. filii
quoque oziel. misahel. & elisaphan. & se
thri. Accepit autem aaron uxorem eli sabe
filiam aminadab. sororem naason. que
peperit ei nadab. & abiu. & eleazar. et i
thamar. filii quoque core. assir. & bel
chana. & abiasab. hi sunt cognationes
coritarum. At vero eleazar filius
aaron sacerdos accepit uxorem de
filiabus phuthiel. que peperit ei finees.
hii sunt principes familiarum le
uitarum per cognationes suas. Istee

aaron & moyses quibus locutus est do
minus ut educerent filios israel de terra egypti
per turmas suas. hii sunt qui locuti
sunt ad pharaonem regem egypti. ut educe
rent filios israel de egypto. Ille moyses
& aaron. eo quidem die quia locutus est do
minus ad moysen in terra egypti. Et lo
cutus est dominus ad moysen dicens. Ego dominus.
loquere ad pharaonem regem egypti. o
mnia que ego loquor tibi. Et ait mo
yses coram domino. En incircumcisus la
biis sum. quomodo audiet me pharao.
& dixit dominus ad moysen. Ecce con
stituo eum pharaonis. & aaron fratrem
tuum erit prophetam tuum. Tu loquens omnia
que mando tibi. Ille loquetur ad phara
onem. ut dimittat filios israel de terra sua
ser. ego indurabo cor eius. & multiplicabo
signa. & ostenta mea in terra egypti
& non audiet nos. Immittamque manum
meam super egyptum. & educam exercitum
populum meum filios israel de terra
egypti per iudicia maxima. Et sciant
egyptii quia ego sum dominus. qui extendero
manum meam super egyptum. & educe
ro filios israel de medio eorum. Fecit ita
que moyses & aaron sicut preceperat dominus
ita egerunt. Erat autem moyses octo
ginta annorum. & aaron octoginta
trium. quando locuti sunt ad pharaonem.
Dixitque dominus ad moysen & aaron. Cum
dixerit vobis pharao ostendite signa.
dicetis ad aaron. Tolle virgam tuam. & pro
ice eam coram eo. ac
cepitque incolubrem. Ingressi itaque
moyses & aaron ad pharaonem fecerunt
sicut preceperat dominus. Tulitque aaron vir
gam coram pharaone. & seruis eius. Q
uersa est in colubrem. Vocavit autem
pharao sapientes. & maleficos. & fecerunt
etiam ipsi per incantationes egyptiaces.
& arcana quedam similiter. Proiecerun
que singuli virgas suas. que uerte sunt
in dracones. Set devorauit virgas
aaron virgas eorum. Indurauitque cor
pharaonis. & non audiuit eos. sicut pre
cepit dominus. Dixit autem dominus ad moy
sen. Ingrauatum est cor pharaonis.
non vult dimittere populum. Vade ad
eum mane. ecce egredietur ad aquas.
stabis in ripam eius super ripam

Gen. lxxiii

Gen. lxxiii. pat. cvi.

Nu. lxi.

Nu. xxi

Ex. vii. vii. cxi.

octoginta cii

co

ad

Nu. lxi.

fluminis. virgam que conuersa est in
draconem tolles in manu tua dicesq; ad
eum. Dñs deus hebreorum misit me
ad te dicens. Dimitte populum meum ut
michi sacrificet in deserto. nisq; ad hu
c audisti noluisti. Hec igitur dicit
dñs. In hoc scies q dñs sum. Ecce percu
tio qua in manu mea est aquam flu
minis. vertetur in sanguinem. Pisces
quoq; qui sunt in fluuio morientur et
computrescent aque. affligentur egyp
tii bibentes aquam fluminis. Dixitq; dñs
ad moysen. dic ad aaron. Tolle virgam tu
am. extende manum tuam super
egypti. super fluuios eorum. rios. ac
paludes. et omnes lacus aquarum. ut uertan
tur in sanguinem. sitq; cruor in omni ter
ra egypti. tam in ligneis quam in
lapideis. Fecerunt ita moyses. et aaron
sicut preceperat dñs. Et eleuans virgam
percussit aquam fluminis coram pha
raone. et seruis eius que uersa est in san
guinem. pisces qui erant in flumine
mortui sunt. Computruitq; fluuius.
non poterant egyptii bibere aquam
fluminis. fuitq; sanguis in tota terra
egypti. Fecerunt quoq; similiter maleficia
egyptiorum incantationibus suis. Et in
duratum est cor pharaonis. nec audiuit
eos sicut preceperat dñs. Auertitq; se
et ingressus est domum suam. nec appo
suit cor etiam hac uice. Fodiebant autem
omnes egyptii circa fluminis aqua
m ut biberent. Non enim poterant bibe
re de aqua fluminis. Impleti sunt
septem dies. postquam percussit dñs flu
uium. ¶ Dixitq; dñs ad moysen. In
gredere ad pharaonem. dicesq; ad eum.
hec dicit dñs. Dimitte populum meum ut
sacrificet michi. Si autem noluerit
dimittere. ecce ego percutiam omnes ter
minos tuos ranis. et bullient fluuius
ranasq; ascendent. et ingredientur do
mum tuam. et cubiculum lectuli tui.
super stratum tuum. et in domos seruo
rum tuorum. et populum tuum. et in
tinos tuos. et reliquias cyborum tu
orum. ad te. et ad populum tuum. et ad
seruos tuos intrabunt rane. Dixitq;
dñs ad moysen. dic ad aaron. Extende
manu tua cum virga super fluuios. et fluuios
et paludes. et educe ranas super terram egypti. extendit aa
ron manum super aquas egypti. et ascendere rane. operuer
que terram egypti. Fecerunt autem ma
leficia incantationes suas similiter. edu
xerunt quoque ranas super terram egypti. Vo
cauit autem pharao moysen et aaron. dixit
eis. Orate dñm ut auferat ranas a me et
a populo meo. et dimittam populum ut sac
rificet dño. Dixitq; moyses pharaoni. Gl
Constitue michi quando deprecer pro
te. et pro seruis tuis. et pro populo tuo. ut ra
bigantur rane a te. et a domo tua. et ma
nent in flumine remanebunt. Cui respo
dit ecce. At ille. Iuxta uerbum tuum
faciam. ut scias quia non est sic
dñs deus nr. recedant rane a te. et a do
mo tua. et a pueris tuis. et a populo tuo. ma
nent in flumine remanebunt. Egressi
q; sunt moyses et aaron a pharaone. et
clamauit moyses ad dñm. pro sponsio
ne ranarum. quam condixerat pharaoni.
Fecitq; dñs iuxta uerbum moysi. et
mortue sunt rane de domibus. et de uil
lis. et de agris. Congregauerunt eas in
in mensos aggeres. et computruit ter
ra. Videns autem pharao q data est re
quies. ingrauauit cor suum. et non au
diuit eos sicut preceperat dñs. ¶ Dixit
q dñs ad moysen. Loquere ad aaron. Ex
tende virgam tuam. percute puluere
terre. et fiant scimphes. in uniuersa
terra egypti. Fecerunt ita. Et ex
tendit aaron manum virgam tenens
percussitq; puluerem terre. et facti sunt
scimphes in hominibus. et in iumentis omnis
puluis terre uersus est in scimphes p
totam terram egypti. Fecerunt q si
militer maleficia incantationibus suis.
ut educerent scimphes. non potue
runt. Erantq; scimphes tam in homi
bus q in iumentis. Et dixerunt maleficia ad
pharaonem. Digitus dei est hoc. Im
putatum q est cor pharaonis. et non
audiuit eos sicut preceperat dñs. ¶ Dixit
quoq; dñs ad moysen. Consurge diu
culo. et sta coram pharaone. Egredie
tur enim ad aquas. et dices ad eum. Hec
dicit dñs. Dimitte populum meum ut
sacrificet michi. Quod si non dimi
seris eum. Ecce ego mittam in te. et
seruos tuos. et populum tuum. et in domos

8

pl. vlu.

hec - ylon.
oxit - xlun.

nias omne genus muscarum. Ipsi
plebuntur domus egyptiorum
muscis diuersi generis. Diuersa
ita quia fuerunt. Faciamque mirabile
die illa terram gessen. In qua populus
meus est. Ut non sint ibi musce. Ut scias
quia ego dns in medio terre. Ponamque
diuisionem inter populum meum. Et inter
populum tuum. Erit iste signum istud.
Fecitque dns ita. Et venerunt muscae grauissi
mae in domum pharaonis. Et seruorum eius.
Et in omnem terram egypti. Corrupta
que est terra. ab huiusmodi muscis.
Vocauitque pharao moysen. Et aaron. Et
ait. Ite sacrificate deo uro in terra
Et ait moyses. Non potest ita fieri. Ab
hominationes enim egyptiorum immo
labimus dno deo nro. Quod si mactauerimus
ea que colunt egyptii coram eis.
nos lapidibus obruent. Viam trium di
erum pgemus in solitudinem. Et sacrifi
cabimus dno deo nro. sicut precepit nobis.
Dixitque pharao. Ego dimittam uos. Ut
sacrificetis dno deo uro in deserto. Verum
tamen longius ne abeatis. Rogate pro
me. Et ait moyses. Egressus ate orabo
dnm. Recedet musca a pharaone. Et a seru
is suis. Et a popolo eius cras. Sed ne illudat
nobis ultra fallere. ut non dimittat populum
sacrificare dno. Egressusque moyses
a pharaone orauit dnm. Qui fecit iu
xta uerbum illius. Abstulitque musca
a pharaone. Et a seruis. Et a popolo eius.
Non superfuit ne una quidem. Et in
gratiatum est cor pharaonis. Ita ut ne
hac quidem uice dimitteret po
pulum. Dixit autem dns ad moysen. In
gredere ad pharaonem. Et loquere ad eum.
Hec dicit dns deus hebreorum. Dimit
te populum meum ut sacrificet mihi.
Quod si ad huc renuis. Et retines eos
ecce manus mea super agros tuos erit
super equos. Et asinos. Et camelos. Et boues
Et oues. Pestis nimia de gregibus. Et faciet
dns mirabile inter possessiones israel
et
possessiones egyptiorum. ut nihil
omnino pereat ex his que pertinent ad
filios israel. Constituitque dns tempus
dicens. Cras faciet dns uerbum
istud in terra. Fecit ergo dns
uerbum hac altera die. Mortuaque sunt
omnia animalia egyptiorum. De ani
malibus uero filiorum israel nihil omnino pe
rire. Misit pharao ad uidendum. Nec
enim quidquam mortuum de his que possidebat
israel. Ingrauatumque est cor pharaonis.
non dimisit populum. Et dixit dns ad mo
ysen et aaron. Tollite plenas manus cineris
de camino. Et spargat illum moyses in celum
coram pharaone. Sitque pulvis super omnem
terram egypti. Erunt enim in uolcones. et
in uermes ulcera. uesicae turgentes in
omnem terram egypti. Tulerunt que cineres
de camino. Et steterunt coram pharao
ne. Et sparsit illum moyses in celum. Facta
que sunt ulcera uesicarum turgentium
in hominibus. et in iumentis. nec poterant
magi stare coram moyse propter ulcera
quia erant. in omni egypto. In
diuauitque dns cor pharaonis. Et non audiuit
eos. sicut locutus est dns ad moysen. Dixit
quoque dns ad moysen. Mane et surge. Et sta
coram pharaone. Et dices ad eum. Hec dicit
dns deus hebreorum. Dimitte populum meum
ut sacrificet mihi. Quia nunc mit
tam omnes plagas meas super cor tuum. super
seruos tuos. Et super populum tuum. ut scias
quia non sit similis mei in omni terra. Nunc
enim extendens manum percutiam te et
populum tuum pestis. Peribisque de terra. Ioa
co autem posui te ut ostendam in te fortitudinem
meam. Et ut maneat nomen meum
in omni terra. Adhuc retinens populum meum
ne dimittere. En etiam hac
ipsa hora crastina. grandinem multam nimis
qualis non fuit in egypto a die qua fun
data est usque in presens tempus. Mitte
ergo iam nunc congrega iumenta tua
omnia que habes in agro. Homines iumen
ta. Et uniuersa que in agro fuerunt foris.
nec congregata de agris. cecidit enim super
ea grando. Morientur. Qui timuit uerbum
dni de seruis pharaonis. fecit confugere
seruos suos. Et iumenta in domos. Qui
autem neglexit sermonem dni. dimisit ser
uos suos. Et iumenta in agris. Et dixit dns
ad moysen. Extende manum tuam in celum
ut fiat grando in uniuersa terra
egypti. super homines. Et super iumenta.
Et super omnem herbam agri. in terra
egypti. Extendit que moyses uirgam in

celum. et dñs dedit tonitrua. et grandinem
ac discurrebant fulgura super terram. Pluit
que dñs grandinem super terram
egypti. et grando ignis mixta pariter fe-
rebantur. tantaque fuit magnitudinis.
quantam ante nunq̃ apparuerat omnino
in tota egypto. ex quo gens condita est.
Et percussit grando in omni terra egypti. cuncta
que fuerunt in agris. ab homine usq̃ ad
iumentum. Cunctam herbam agri percus-
sit grando. et omne lignum regionis confre-
git. tantum in terra gesen. ubi erant filii israel
grando non cecidit. Vocatis que pharao. et accersit
moysen et aaron. dixitq̃ ad eos. Peccavi etiam
nunc. dñs iustus. ego et populus meus im-
pii. Orate dñm ut desinant tonitrua dei et
grando. ut dimittam vos. et neque ultra quam hic
maneatis subtracta. Ait moysi. Cum egres-
sus fuero de urbe. extendam palmas meas ad
dñm. et cessabunt tonitrua. et grando non
erit. ut scias quia dñi est terra. Nondum autem
timeo deum domino tuo. et servis tuis. Linum autem
et hordeum lesum est. eo quod
hordeum esset in spica. et linum habebat
folia. germinare tritici autem et far non
sunt lesa. quia serotina erant. Egressus
a moysi ex urbe. extendit
manus ad dñm. et cessaverunt tonitrua
et grando. nec ultra stillavit pluvia super
terram. Videns autem pharao quod cessasset
pluvia et grando et tonitrua. auxit peccatum. et ingravatum est cor eius et servo-
rum eius. indurata nimis. nec dimi-
sit filios israel. sicut preceperat dñs per ma-
num moysi. Et dixit dñs ad moy-
sen. Ingredere ad pharaonem. ego enim
induravi cor eius et servorum illius. ut
faciam signa hæc mea. et narres in aures fi-
lii tui. et nepotum tuorum. quoniam con-
tritus sum egyptios et signa mea fecerim
in eis. et scias quia ego sum dñs deus. In-
troierunt ergo moysi et aaron ad pharao-
nem. et dixerunt ad eum. Hæc dicit dñs
deus hebreorum. usquequo non vis su-
bire me. dimitte populum meum ut sa-
crificet mihi. Si autem resistis. non
vis dimittere eum. ecce ego inducam
cras locustam in fines tuos. quæ operiat
superficiem terræ. nec quicquam eius appa-
reat. sed comedantur quæ residua sunt
grandini. Comedent enim omnia
ligna quæ germinant in agris. et implebi-
unt domos tuas. et servorum tuorum.
et omnium egyptiorum quantum non
viderunt patres tui. et avi. ex quo orti sunt
super terram. usq̃ in præsentem diem. Avertit-
que se. egressus est a pharaone. Dixerunt
autem servi pharaonis ad eum. Usquequo
patiemur hoc scandalum. Dimitte homines.
ut sacrificent dño deo suo. Nonne vides quia
perierit egyptus. Revocaverunt quoque moysi et
aaron. ad pharaonem. Qui dixit eis. Ite
sacrificate dño deo vestro. Cum quibus sunt qui
vadunt. Ait moysi. cum parvulis nostris.
et senioribus pergimus. cum filiis et filiabus.
cum ovibus et armentis. Est enim solle-
mnitas dñi nostri. Et respondit eis
Sic dñs sit vobiscum. quomodo ego
dimittam vos. et parvulos vestros. Cum du-
bium est quod pessime cogitetis. Non fie-
ri. Sed ite viri tantum. et sacrificate dño.
hoc enim vos ipsi petistis. Statimque eiecti sunt
de conspectu pharaonis. Dixit autem dñs ad
moysen. Extende manum tuam super
terram egypti. ad locustam. ut ascendat
super eam. et devoret omne herbam terræ. et quod
residuum fuit grandini. Extendit moysi
virgam super terram egypti.
et dñs induxit ventum
urentem tota illa die ac nocte. Et mane
facto. ventus urens levavit locustas. et
ascenderunt super universam terram e-
gypti. et sederunt in cunctis finibus egyp-
tiorum innumerabiles. quales ante illud
tempus non fuerunt. nec postea futuræ
sunt. Operuerunt quippe universam super-
ficiem terræ. vastantes omnia. Devoraverunt
et quicquid pomorum
arboribus fuerat. quod grando dimiserat.
nihil quippe omnino virens relictum est in
lignis. et herbis terræ. in cuncta egypto.
Quam obrem festinus pharao vocavit
moysen et aaron. et dixit. Peccavi in omni
deum vestrum. et vos. sed nunc dimitte
mihi peccatum etiam hac vice. et oratte
dñm deum vestrum. ut auferat a me
mortem istam. Egressus que est
de conspectu pharaonis. et oravit dñm
qui flare fecit ventum ab occidente ve-
hementissimum. et rapuit locustas
projecit eas in mare rubrum. non reman-
sit ne una quidem in cunctis finibus

Sup. xxxii. deut. xvii. Ps. l. xvii.

Ruth. deut. ii. iii.

Deut. cxlvi.

egypti. Induratus dñs cor pharaonis nec
dimisit filios israel. Dixit autem dñs ad
moysen. Extende manum tuam in celum. et
sint tenebre super terram egypti. tam dense
ut palpari queant. Extendit manum in
celum moysen. et facte sunt tenebre
in universa terra egypti. triduo dies.
nemo vidit fratrem suum. nec motus se
de loco in quo erat. Ubicumq; autem habitabant
filii israel. lux erat. Vocavitq; pharao
moysen. et dixit. Ite sacrificate
dño. Oves tantum. et armenta remanea
nt. Parvuli vestri eant nobiscum. Ait mo
ysen. hostias quoq; et holocausta dabis nobis.
que offeramus dño deo nro. Cum et greges
p gentes nobiscum. non remanebit ex eis un
gula. que necessaria sunt incolumi dño de
stro. presertim cum ignoremus quid de
beamus immolare. donec ad ipsum locum p
veniamus. Indurauitq; dñs cor pharao
nis. noluit dimittere eos. Dixitq; pha
rao ad moysen. Recede a me. cave ne ul
tra videas faciem meam. quocumq; die
apparueris mihi. morieris. Respondit mo
ysen. Ita fiet ut locutus es. Non videbo
ultra faciem tuam. Et dixit dñs ad
moysen. adhuc unam plagam tangam pharao
nem. et egyptum. et posthec dimittet vos.
et vere compelle. Dic ergo omni plebi. ut
postulet ut amicus suus. et mulier amica
sua. vasa argentea et aurea. Dedit autem
dñs gratiam populo coram egyptiis. fir
mq; moysen vir magnus valde in terra
egypti. coram servis pharaonis. et omni
populo. ait. Hec dicit dñs. Quasi nocte
ingredior egyptum. et morietur omne
primogenitum in terra egyptiorum.
a primogenito pharaonis qui sedet in
solio eius. usq; ad primogenitum ancille
que est ad molam. Et omnia primogeni
ta iumentorum. Eritq; clamor magnus
in universa terra egypti. qualis nec
antea fuit. nec postea fiet unquam. Et
apud omnes autem filios israel non mutie
tur canis. ab homine usq; ad pecus. ut sciatis
quanto miraculo dividat dñs egyp
tios et israel. Descendentq; omnes servi tui
isti ad me. et adorabunt me dicentes. Egre
dere tu et omnis populus qui subiectus est
tibi. post hec egrediemur. Et egressus a
pharaone iratus nimis. Dixit autem
dñs ad moysen. Quousque audiet vos pharao.
ut multa signa fiant in terra egypti.
Moyses autem et aaron fecerunt omnia
ostenta. que scripta sunt. coram
pharaone. Et induravit dñs cor phara
onis. nec dimisit filios israel de terra sua.

Dixit quoq; dñs ad moysen et aaron
in terra egypti. Mensis iste vobis pri
cipium mensium. primus erit in mensibus
anni. Loquimini ad universam congregationem
israel. et dicite eis. Decima die
mensis huius accipiat unusquisq;
agnum per familias. et domos suas. Sin
autem minor est numerus. ut sufficere
possit ad vescendum agnum. assumat
vicinum suum qui iuxta ipsum est do
mui eius. iuxta numerum animarum
que sufficere possint ad esum agni.
Erit autem agnus absq; macula. mas
culus. anniculus. Juxta quem ritum
tollens vel de ovibus et capris eum. usq;
ad quartam decimam diem mensis
huius. Immolabitq; eum universa
multitudo filiorum israel ad vesperam.
Et sument de sanguine. et ponent super
utrumq; postem. et super limen domo
rum in quibus comedent illum. Et edent
carnes nocte illa assas igni. et azymos
panes cum lactucis agrestibus. Non co
medetis ex eo crudum quid nec coctum
aqua. sed assum igni. Caput
cum pedibus eius. et intestinis vorabi
tis. nec remanebit ex eo quicq; usq;
mane. Si quid residui fuerit igni
comburetis. Sic autem comedetis il
lum. Renes vestros accingetis. et eritis
habentes in pedibus. tenentes
baculos in manibus. et comedetis festi
nanter. Est enim phase. id est tran
situs dñi. Et transibo per terram
egypti nocte illa. percutiamq; omne
primogenitum in terra egypti. ab
homine usq; ad pecus. et in cunctis
dis egypti faciam iudicia. ego dñs.
Erit autem sanguis vobis in signum
in domibus in quibus eritis. et videbo sanguinem. ac transibo vos. nec
erit in vobis plaga disperdens. quando per
cussero terram egypti. Habebitis autem
hanc diem in monumentum. et celebra
bitis eam sollempnem dño in generatio

Ovs

nunis unis cultu sempiterno. Septem di
ebus azima comedent. Unde primo nõ
erit fermentum in domibus vestris. Omnes qui
comederit fermentatum. peribit anima
illa de israel. a primo die usq; ad septimum.
Dies prima erit sancta atq; solemnis. et
die septima eadem festivitate venerabi
lis. nihil operis facient in eis. excepto
his que ad vescendum pertinent. Et obser
vabitis azima. In eadem enim ipsa die
educam exercitum vestrum de terra egyp
ti. et custodiens diem istum in generatio
nes vestras. ritu sempiterno. Primo mense qr
ta decima die mensis. ad vespam comedet
is azima usq; ad diem vicesimam pri
mam eiusdem mensis. ad vespam. Sep
tem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris. Qui comederit fer
mentatum. peribit anima eius de cetu
israel. tam de advenis. quam de indigenis
terre. Omne fermentatum non comede
tis. in cunctis habitationibus vestris edetis
azima. Vocavit autem moyses omnes seni
ores filiorum israel. et dixit ad eos. Ite tollen
tes animal pro familiis vestris. immolate phase.
Fasciculum q; hysopi tinguite in sanguine
qui est in limine. et aspergite ex eo super
limen ianue. utriusq; postem. nullus vestrum
egrediatur hostium domus suae usq; ma
ne. transibit enim dominus percutiens egyptios.
Cumq; viderit sanguinem in superliminari
ibus. et utriusq; postes transcendet hostium
nec sinet perditorem ingredi domos vestras
ledere. Custodite ubi. istud legitimum
tibi. et filiis tuis usq; in sempiternum. Cumq;
veneritis terram quam dabit vobis dominus secundum
quod locutus est. observabitis cerimonias istas. Et cum dixerint vobis fi
lii vestri. que est ista religio. Dicetis victima
transitus domini est. quando transiit
super domos filiorum israel in egypto. percutiens
egyptios. et domos nostras liberavit. In
clinatus q; populus adoravit. Et egressi
sunt filii israel. fecerunt sicut preceperat dominus
moysi et aaron. Factum est autem in nocte medio. p
cussit dominus omne primogenitum in terra egypti. a primo
genito pharaonis sedentis super solio eius. usq; ad primogenitum
captivae que erat in carcere. et omne primo
genitum iumentorum. Surrexitq; pha
raon nocte. et omnes servi eius. cunctaq;
egyptus. et ortus est clamor magnus in
egypto. Neq; enim erat domus. in qua
non iaceret mortuus. Vocavitq;
moysen et aaron nocte. et ait. Surgite egredimini
de medio populi mei. vos et filii israel. Ite immo
late domino. sicut dixistis. Oves vestras et armenta
tolle sicut petistis. et abeuntes
benedicite mihi. Urgebantq; egyptii
populum de terra. exire festinantes. ne omnes
morerentur. Tulit igitur
populus conspersam farinam antequam
fermentaretur. vestes suas in pallio suas
super humeros suos. fecerunt filii israel sicut pre
ceperat moyses. et petierunt ab egyptiis vasa argentea
et aurea. et vestes. dedit dominus gratiam populo coram egy
ptiis. vendentes eis. et expoliaverunt egyptios.
profecti sunt filii israel de ramese in socoth. sexcenta
milia peditum virorum. absq; parvulis. mul
tus quoq; promiscuus insuper innumerabilis
ascendit cum eis. Oves armenta ar
tum armata diversi generis multa nimis. Co
xerunt quoq; farinam quam adhuc con
spersam de egypto tulerunt. fecerunt
subcinericios panes azimos. Neq; enim
poterant fermentare. cogentibus egyptiis
egredi. et nullam facere sine armis mo
ram. nec prudentia quidem aliquid
preparare. Habitatio autem filiorum
israel qua manserunt in egypto fuit quadra
gintorum triginta annorum. Et expletis eadem die
quadragintorum triginta annorum. Et expletis eadem die
egressus est omnis exercitus domini de terra egypti. Noctem
ista observabit domino. qui eduxit eos de terra
egypti. hanc observare debent omnes fi
lii israel in generationibus suis. Dixitq;
dominus ad moysen et aaron. Hec est religio
phase. Omnis alienigena non comedet ex
eo. Omnis autem servus emptus. circum
cidetur. et sic comedet. Advena et mercenarius. non comedent ex eo. In una domo
comedent. nec offerent de carnibus eius
foras nec os illius confringetis. Omnis
cetus filiorum israel facient illud. Quod
si quis peregrinorum voluerit transire colonam. et facere phase
domino. circumcidetur prius omne mas
culinum eius. tunc rite celebrabit.
Erit q; sicut indigena terre. Si quis
autem circumcisus non fuerit. non
vescetur ex eo. Eadem lex erit indigene.
et colono qui peregrinatur apud vos.
fecerunt omnes filii israel. sicut prece
perat dominus moysi et aaron. Et in eade

Deut. lxxii.
Exo. xxxii.
Num. xxi.
Exo. xxxii.
Deut. xxiii.
Deut. xvi.
Exo. xii.
Lev. xxv.
Exo. xxxii.
Jo. xliii.
Num. xix.
Num. xv. f.
Num. ii. v.
Deut. i. xlix.
Deut. vi.

13

die eduxit dns filios israel de terra egypti per turmas suas. Locutusque est dns ad moysen dicens. Sanctifica mihi omne primogenitum. quod aperit uulvam in filiis israel. tam de hominib. quam de iumentis. mea sunt enim omnia. Erat autem moyses ad populum. Memento diei huius in qua egressus es de egypto. de domo seruitutis. quia in manu forti eduxit uos dns de loco isto. ut non comedatis fermentatum panem. Hodie egredimini. mense nouarum frugum. Cumque te introduxerit dns in terram chananei. et heth. et amorrei. et euei. et iebusei. quam iurauit patribus tuis. ut daret tibi terram fluentem lacte et melle. celebrabis hunc morem sacrorum mense isto. Septem diebus uescetis azimis. et die septimo erit sollemnitas dni. Azima comedent septem diebus. Non apparebit apud te aliquid fermentatum. in cunctis finibus tuis. narrabis que filio tuo die illo dicens. hoc est quod fecit dns mihi. quando egressus sum de egypto. Erit quasi signum in manu tua. et quasi monumentum ante oculos tuos. ut lex dni in ore tuo. In manu enim forti. eduxit te dns de egypto. custodies hanc legem in diebus statuto tempore. a diebus in diem. Cumque introduxerit te in terram chananei. sicut iurauit tibi et patribus tuis. et dederit eam tibi. separabis omne quod aperit uulvam dno. et quod primum est in pecoribus tuis. Quicquid habuerit masculini sexus consecrabis dno. Primogenitum asini. mutabis ouie. Quod si non commutaueris interficies. omne autem primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes. Cumque interrogauerit te filius tuus cras. dicens. Quid est hoc. Respondebis ei. In manu forti eduxit nos dns de egypto. de domo seruitutis. Nam cum induratus esset pharao nollet nos dimittere. occidit dns omne primogenitum in terra egypti. a primogenito hominis. usque ad primogenitum iumentorum. Idcirco immolo dno omne quod aperit uulvam masculini sexus. et omnia primogenita filiorum meorum redimo. Erit igitur quasi signum in manu tua. et quasi appensum quid. inter oculos tuos. eo quod in manu forti eduxerit nos dns de egypto. Cumque dimisisset pharao populum. non eos duxit dns per uiam terre philistim que uicina est. reputauit ne forte penitere eum. cum uidisset aduersum se bella consurgere. et reuerterentur in egyptum. Sed circumduxit eos per uiam deserti. que est iuxta mare rubrum. Et armati ascenderunt filii israel de terra egypti. Tulitque moyses ossa ioseph secum. eo quod adiurasset filios israel dicens. Visitabit uos deus. efferte ossa mea hinc uobiscum. Profectique de succoth. castra metati sunt in etham. in extremis finibus solitudinis. Dns autem precedebat eos. ostendendam uiam per diem in columna nubis. et per noctem in columna ignis. ut dux esset itineris uno que tempore. Numquam defuit columna nubis per diem nec columna ignis per noctem coram populo. Locutusque est dns ad moysen dicens. loquere filiis israel. Reuertantur castra metentur e regione pihahiroth. que est inter magdalum. et mare contra beelsephon. in conspectu eius castra ponentis iuxta mare. Dicturusque est pharao de filiis israel. Coartati sunt in terra. concluserunt eos deserta. et in uno conclusi. Ac persequentur uos. et glorificabor in pharone. et in omni exercitu eius. et cognoscent egyptii quia ego sum dns. fecerunt que ita. Et nuntiatum est regi egyptiorum. quod fugisset populus. immutatumque est cor pharaonis. et seruorum eius in populum. et dixerunt. Quid hoc uolumus facere. ut dimittamus israel. ne seruiat nobis. Junxit ergo currum. et omnem populum suum assumpsit secum. Tulitque sexcentos curros electos. quicquid in egypto curuum fuit. et duces totius exercitus. Induratumque dns cor pharaonis regis egypti. et persecutus est filios israel. At illi egressi erant in manu excelsa. Cumque persequerentur egyptii uestigia precedentium. reperiebant eos in castris iuxta mare. omnis equitatus. et curus pharaonis. et uniuersus exercitus eius. in pihahiroth. contra beelsephon.

Cumque appropinquasset pharao. le-

Gen. c. lxxxix. exlu.
E. c. xviii.
Deut. x.
Ex. c. viii.
Deut. xi.
Ex. xviii.
Num. xl.
Deut. xv.
Ex. xviii. xxi.
Iud. iii.
Ios. c. cxxx.
Num. c. xcii. cxxx.
Deut. lxiii.
Num. viii. xlvi.
Ex. lvi.
Ios. vi.
Num. vi.
Deut. xii.
Ios. f.
Ex. cxcvii.
Ex. ulti.
Num. xlviii.
Ex. lxxix.
Num. xxv. d. xxi.
Ios. xi. f.
Deut. i. xiii.
Num. lxviii.

uantes filii israel oculos. uiderunt egyp
tios post se. et timuerunt ualde. Clama
ueruntque ad dominum. et dixerunt ad moysen.
Forsitan non erant sepulchra in egypto.
ideo tulisti nos ut moreremur in soli
tudine. Quid hoc facere uoluisti. ut
educeres nos ex egypto. Nonne iste est
sermo quem loquebamur ad te in egyp
to dicentes. Recede a nobis. ut seruia
mus egyptiis. Multo enim melius
est seruire eis. quam mori in solitudine.
Et ait moyses ad populum. Nolite timere.
State et uidete magnalia domini que facturus
est hodie. Egyptios enim quos nunc uide
tis. nequaquam ultra uidebitis usque in sempi
ternum. Dominus pugnabit pro uobis. et uos
tacebitis. Dixitque dominus ad moysen. Quid
clamas ad me. Loquere filiis israel ut profi
ciscantur. Tu autem leua uirgam tuam.
et extende manum tuam super mare. et diui
de illud. ut gradiantur filii israel in medio
maris per siccum. Ego autem indurabo cor egyp
tiorum ut persequantur uos. et glorificabor in
pharaone. et in omni exercitu eius. in curribus
et in equitibus illius. et scient egyptii quia ego
dominus. cum glorificatus fuero in pharaone
et in curribus atque in equitibus eius. Tollensque se
angelus domini qui precedebat castra israel. a
biit post eos. et cum eo pariter columpna
nubis. priora dimittens post tergum stetit
inter castra egyptiorum. et castra israel. et erat
nubes tenebrosa. et illuminans noctem.
ita ut ad se inuicem toto noctis tempore
accedere non ualerent. Cumque exten
disset manum super mare moyses. abstulit
illud dominus flante uento uehementi. et urente
tota nocte. et uertit in siccum. Diuisaque est
aqua. et ingressi sunt filii israel per medi
um maris sicci. Erat enim aqua quasi
murus a dextera eorum et leua. Persequen
tesque egyptii. ingressi sunt post eos omnis
equitatus pharaonis. currus eius et equi
tes per medium maris. Iamque aduene
rat uigilia matutina. et ecce respiciens
dominus super castra egyptiorum per columpnam
ignis et nubis. interfecit exercitum eorum. et
subuertit rotas curruum. ferebanturque
in profundum. Dixerunt ergo egyptii. fu
giamus israhelem. dominus enim pro eis pugnat
contra nos. Et ait dominus ad moysen. Exten
de manum tuam super mare. ut reuertan
tur aque ad egyptios. super currus et equi
tes eorum. Cumque extendisset moyses
manum contra mare. reuersum est pri
mo diluculo ad priorem locum. Fugienti
bus egyptiis occurrerunt aque. et inuoluit
eos dominus in mediis fluctibus. Reuerseque
sunt aque et operuerunt currus et equites
cuncti exercitus pharaonis. qui sequen
tes ingressi fuerant mare. nec unus qui
dem superfuit ex eis. Filii autem israel perrexe
runt per medium sicci maris. et aque eis erant
quasi pro muro a dextris et a sinistris. Libera
uitque dominus in die illo israel de manu egypti.
et uiderunt egyptios mortuos super litus
maris. et manum magnam. quam exer
cuerat dominus contra eos. Timuitque populus
dominum. et crediderunt domino. et moysi seruo eius.
Tunc cecinit moyses. et filii israel carmen

XV

hoc domino. et dixerunt. Cantemus domino glori
ose enim magnificatus est. equum et ascen
sorem deiecit in mare. Fortitudo mea et
laus mea dominus. et factus est mihi in salu
tem. Iste deus meus et glorificabo eum. deus
patris mei et exaltabo eum. Dominus quasi uir
pugnator. omnipotens nomen eius. Currus pha
raonis et exercitum eius proiecit in mare. E
lecti principes eius submersi sunt in ma
ri rubro. Abyssi operuerunt eos. descende
runt in profundum. quasi lapis. Dextera
tua domine magnificata est in fortitudine.
dextera tua domine percussit inimicum. Et
in multitudine glorie tue. deposuisti ad
uersarios meos. Misisti iram tuam que
deuorauit eos ut stipulam in spiritu fu
roris tui. congregate sunt aque. Stetit
unda fluens. congregate sunt abyssi in
medio mari. Dixit inimicus persequar et
comprehendam. diuidam spolia. im
plebitur anima mea. euaginabo gladi
um meum. interficiet eos manus mea.
Flauit spiritus tuus et operuit eos mare. sub
mersi sunt quasi plumbum in aquis
uehementibus. Quis similis tui in fortibus
domine. quis similis tui magnificus in sancti
tate. terribilis atque laudabilis et faciens
mirabilia. Extendisti manum tuam et
deuorauit eos terra. Dux fuisti in miseri
cordia populo quem redemisti. Et portasti
eum in fortitudine tua. ad habitaculum
sanctum tuum. Ascenderunt populi et irati sunt.
dolores obtinuerunt habitatores philistiim.

Tunc conturbati sunt principes edom.
robustos moab obtinuit tremor. obri
guerunt omnes habitatores chanaan. Irru
at super eos formido et pavor in magnitudi
ne brachii tui. Fiant immobiles qua
si lapis. donec pertranseat populus tuus
domine. donec pertranseat populus tuus iste quem
possedisti. Introduces eos et plantabis
in monte hereditatis tue firmissimo ha
bitaculo tuo. quod operatus es domine. Sanctua
rium tuum domine quod firmaverunt ma
nus tue. dominus regnabit in eternum et ul
tra. Ingressus est enim eques pharao
cum curribus et equitibus eius in mare. et re — Nu. v.
duxit super eos dominus aquas maris. Filii — dt. vlt.
autem israel ambulaverunt per siccum
in medio eius. Sumpsit ergo mari
a prophetissa soror aaron tympanum
in manu. egresseque sunt omnes mulieres
post eam. cum tympanis et choris. quibus
precinebat dicens. Cantemus domino glori
ose enim magnificatus est. equum et ascen
sorem proiecit in mare. Tulit autem
moyses israel de mari rubro. et — Ps. lxvii
egressi sunt in desertum sur. Ambula
veruntque tribus diebus per solitudinem. et
non inveniebant aquam. Et venerunt
in marath nec poterant bibere aquas — Ps. lxviii
de marath. eo quod essent amare. Unde et con — adde x. xiii. xvii.
gruum loco nomen imposuit. vocans illud
mara. id est amaritudinem. Et murmura
vit populus contra moysen dicens.
Quid bibemus. At ille clamavit ad
dominum qui ostendit ei lignum. Quod cum
misisset in aquas. in dulcedinem verse — Re. iiii. viii.
sunt. Ibi constituit ei precepta atque — Ec. cxxiii.
iudicia. et ibi temptavit eum dicens. — Ysa. xlviii.
Si audieris vocem domini dei tui et quod — Ecc. xiiii.
rectum est coram eo feceris. et obedieris
mandatis eius. custodierisque omnia pre
cepta illius. cunctum languorem quem — I. c. xxv.
posui in egypto non inducam super te.
ego enim dominus sanator tuus. Venerunt
autem in helim. ubi erant duodecim fontes — Mat. xi.
aquarum. et septuaginta palme. et ca — Luc. x.
strametati sunt iuxta aquas. Profec
tique sunt de helim. et venit omnis multi
tudo filiorum israel in desertum sin. quod — Ps. lxviii.
est inter helim et sinay. Quintodeci
mo die mensis secundi. postquam egres
si sunt de terra egypti. Et murmura

vit omnis congregatio filiorum israel.
contra moysen et contra aaron in solitu
dine. Dixeruntque ad eos filii israel. Utinam — Ps. lxxvii.
mortui essemus per manum domini in terra
egypti. quando sedebamus super ollas
carnium et comedebamus in saturita
te panes. Cur induxistis nos in deser
tum istud. ut occideretis omnem multi
tudinem fame. Dixit autem dominus ad mo
ysen. Ecce ego pluam vobis panem — P. lxxvii. cxxi.
de celo. Egrediatur populus et colligat
que sufficiant per singulos dies. ut temp
tem eum utrum ambulet in lege me
a an non. Die autem sexta parent quod in
ferant. et sit duplum quam colligere sole
bant per singulos dies. Dixeruntque mo
yses et aaron ad omnes filios israel. Vespe — Mat. xx.
re scietis quod dominus eduxerit vos de terra egyp
ti. et mane videbitis gloriam domini. Au
divit enim murmur vestrum contra dominum.
Nos vero quid sumus. quia mussitatis
contra nos. Et ait moyses. Dabit
vobis dominus vespere carnes edere. et mane pa
nes in saturitate. eo quod audierit mur
murationes vestras. quibus murmura
tis contra eum. Nos enim quid sumus. — Nu. xi.
quod mussitatis contra nos est mu — P. xvii. cxxx.
mur vestrum. sed contra dominum. Dixitque mo — Io. vii.
yses ad aaron. Dic universe congrega — Cant. i.
tioni filiorum israel. Accedite coram domino. — Luc. vi.
audivit enim murmur vestrum. Cumque — Deut. i. vi.
loqueretur aaron ad omnem cetum filio
rum israel. respexerunt ad solitudinem.
et ecce gloria domini apparuit in nube. Locu — 76
tus est dominus ad moysen dicens. Audivi
murmurationes filiorum israel. loque
re ad eos. Vespere comedetis carnes. et ma — Sap. xxxviii.
ne saturabimini panibus. Scietisque quod e
go sum dominus deus vester. Factum est er
go vespere. et ascendit coturnix et operu — P. cxiiii.
it castra. Mane quoque ros iacuit per — Sap. xlvi.
circuitum castrorum. Cumque operuisset — Ecc. i. xliii.
superficiem terre. apparuit in solitu — P. lxxvii.
dine minutum — Nu. xxi.
 — Sap. xxxii. xxxiii.
in similitudinem pruine super terram. — Nu. xxviii.
Quod cum vidissent filii israel dixerunt
ad invicem. Manhu. Quod est dicere — Jo. viii.
quid est hoc. Ignorabant enim quid
esset. Quibus ait moyses. Iste est panis
quem dedit vobis dominus ad vescendum.
hic est sermo quem precepit dominus.

Quid signat manna nisi eam gratiam suavis sapientie [illegible] de refectione [illegible] in consuetudine bene [illegible] carnalia opera [illegible] laboribus [illegible] dulcedines [illegible] in difficultatibus [illegible] Manna [illegible] dulcia [illegible] dona despiciunt [illegible] carnalibus voluptatibus [illegible] in spiritali gaudium [illegible] appetitu carnalia gemunt.

Colligat ergo unusquisque quantum sufficit ad uescendum. Gomor pro singulis capitibus. Iuxta numerum animarum uirorum que habitant in tabernaculo. sic tollent filii israel. Et colligerunt alii plus. alii minus. cum ergo essent ad mensuram gomor. Nec qui plus collegerant habuit amplius. nec qui minus paucius reperit minus. sed singuli uxta id quod edere poterant congregauerunt. Dixitque moyses ad eos. Nullus relinquat ergo in mane. Qui non audierunt. sed timuerunt quidam ergo usque mane. et fetere cepit uermibus atque computruit. Et iratus est eis moyses. Colligebant autem mane singuli quantum sufficere poterant ad uescendum. Cumque incaluisset sol liquefiebat. Die uero sexta collegerunt cybos duplices. i. duo gomor. Pseudoprophetes homines. Venerunt autem omnes principes multitudinis. et nunciauerunt moysi. Qui ait eis. Hoc est quod locutus est dominus. Requies sabbati. sanctificata est domino. Crastinum quodcumque operandum est facite. et que coquenda sunt coquite. Quicquid autem reliquum fuerit reponite usque in mane. Fecerunt que iussit moyses. et non computruit. Neque uermes inuenti sunt in eo. Dixitque moyses. Comedite illud hodie. quia sabbatum est domino. non inuenietis hodie in agro. Sex diebus colligite. die autem septimo sabbatum est. ideo non inuenietis. Venit septima die. et egressi de populo ut colligerent. non inuenerunt. Dixit autem dominus ad moysen. Usque quo non uultis mandata mea. et legem meam. Videte quod dominus dederit uobis sabbatum. et propter hoc tribuerit uobis die sexto. cybos duplices. Manere unusquisque apud semetipsum. nullus egrediatur de loco suo die septimo. et sabbatizauit populus die septimo. Appellauitque domus israel nomen eius man. quod erat quasi semen coriandri album. Gustatque eius quasi similae cum melle. Dixit autem moyses. Iste est sermo quem precepit dominus. Imple gomor ex eo. in custodiam in futuras generationes. ut nouerint panem quo alui uos in solitudine. quando educti estis de terra egypti. Dixitque moyses ad aaron. Sume urnam unam. et mitte ibi man. quantum potest capere gomor. et repone coram domino ad seruandum in generationes uestras. sicut precepit dominus moysi. Posuitque illud aaron in tabernaculo reseruandum.

Filii autem israel comederunt man quadraginta annis donec ueniret in terra in habitabilem. hoc cybo alti. usque quo tangerent fines terre chanaan. Gomor autem decima pars est ephy.

Igitur profecta omnis multitudo filiorum israel de deserto sin per mansiones suas iuxta sermonem domini. et castrametati sunt in raphydim. ubi non erat aqua ad bibendum populo. Cum litigarent contra moysen. aiebant. Da nobis aquam ut bibamus. Quibus respondit moyses. Quid litigatis contra me. Et cur tentatis dominum. Sitiuit ergo populus ibi. prodique fremuit. murmurauit populus contra moysen. Cur nos egre fecisti de egypto. ut occideres nos. et filios nostros iumenta sua. Clamauit autem moyses ad dominum. dicens. Quid faciam populo huic. adhuc paucissimum lapidabitur me. Ait dominus ad moysen. Accede paululum. et sume tecum de seniores israel. et uirgam quam percussisti fluuium tolle in manu tua. et uade. Ecce ego stabo coram te ibi super petram horeb. Percutiesque petram. et exibit ex ea aqua. ut bibat populus. Fecit moyses ita coram seniores israel. Et uocauit nomen loci illius tentatio propter uirgam filiorum israel. quia tentauerunt dominum dicentes. Est ne dominus in nobis an non.

Uenit autem amalech. et pugnabat contra israel in raphydim. Dixitque moyses ad iosue. Eligere uiros. et egressus pugna contra amalech. Cras ego stabo in uertice collis habens in manu dei in manu mea. Fecit iosue sicut locutus est moyses. et pugnauit contra amalech. Moyses autem aaron et hur ascenderunt super uerticem collis. Cumque leuaret moyses manus superabat israel. Si autem paululum remisisset superabat amalech. Grauis autem moysi erant manus. Sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum. in quo sedit. aaron autem et hur sustentabant manus eius ex utraque parte. Et fuit manus eius firma usque ad occasum solis. Fugauitque iosue amalech. et populus eius in ore gladii. Dixit autem dominus

ad me. ut moyses mittere eos et tendant
cepta dei. et legere eius. At ille: Non do
nam inquit remittas. multo labore consu
mens. et populus iste. qui recum est. et
uiret mane et negotium. solus sustinere non
poterit sustinere. Sed audi uerba mea.
ut consilium. erit dns tecum. Esto tu pro
populo in his que ad dnm pertinent. ut re
ferat que dicuntur ad eum. Ostende eis
populo ceremonias. ritum colendi. in
quam ingrediendum. et opus quod fa
cere. Prouide autem de omni plebe uiros po
tentes. timentes dnm. in quibus sit ueritas.
et qui oderint auaritiam. et constitue ere
is tribunos. et centuriones. et quinquagenarios
et decanos. qui iudicent populum omni
tempore. Quicquid autem maius fuerit. refe
rant ad te. et ipsi minora tantum modo iudi
cent. Leuiusque tibi sit partito onus. honere
sibi ferent. impletis imperium dei. et precepta
eius potent sustentare. et omnis hic populus reue
tetur cum pace ad loca sua. Audiuit
moyses. fecit omnia que ille suggessit eis.
Et lectis uiris strenuis de cuncto israel. constituit
bertate terre tue. et in rerum omnium largitate.
Revertetur enim ut gaudeat super te in
omnibus bonis. sicut gavisus est in patribus tuis.
Si tamen audieris vocem domini dei tui. et custodie
ris precepta eius. et ceremonias que in hac
lege conscripta sunt. et revertaris ad dominum
deum tuum in toto corde tuo. et in tota ani
ma tua. Mandatum hoc quod ego precipio tibi ho
die non supra te est. neque procul positum. nec
in celo situm. ut possis dicere. Quis nostrum
ad celum valet conscendere. ut deferat illud
ad nos. et audiamus atque opere compleamus.
Neque trans mare positum. ut causeris
et dicas. Quis ex nobis transfretare poterit
mare. et illud ad nos usque deferre. ut possi
mus audire et facere quod preceptum est. Sed
iuxta te est sermo valde in ore tuo et in corde
tuo. ut facias illud. Considera quod hodie
proposuerim in conspectu tuo vitam et bonum.
et e contrario mortem et malum. ut diligas
dominum deum tuum et ambules in viis eius. et custo
dias mandata illius et ceremonias atque iudi
cia. et vivas. ac multiplicet te. benedicatque
tibi in terram ad quam transiens
possidendam. Si autem aversum
fuerit cor tuum. et audire nolueris. atque
errore deceptus. adoraveris deos alienos
et servieris eis. predico tibi hodie quod pereatis
et parvo tempore moremini in terra. ad quam iordanem
transito ingredieris possidendam. Testes in
voco hodie celum et terram. quod proposuerim
vobis vitam et mortem. benedictionem et maledic
tionem. Elige ergo vitam. ut et tu vivas
et semen tuum. et diligas dominum deum tuum atque
obedias voci eius. et illi adhereas. Ipse est enim
vita tua. et longitudo dierum tuorum. ut habi
tes in terra. pro qua iuravit dominus patribus tuis.
abraham ysaac et iacob. ut daret eam illis.
31 Abiit itaque moyses. et locutus est omnia
verba hec ad universum israel. et dixit ad eos. Centum
et viginti annorum sum hodie. non possum ultra eg
redi et ingredi. presertim cum et dominus dixerit mi
chi Non transibis iordanem istum. Dominus ergo deus tuus
transibit ante te. ipse delebit omnes gen
tes has in conspectu tuo. et possidebis eas. Et
iosue iste transibit ante te sicut locutus est
dominus. Facietque dominus eis sicut fecit seon et og regibus
amorreorum et terre eorum. delebitque eos.



37

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

tiones singulas. Iniunga penitentiam
annumerabit abiunaiores suos & dicentes.
Quando contrebat altissimus gentes. qui
separabat filios adam. Constituit fines
populorum iuxta numerum filiorum israel. Pars autem
domini populus eius. iacob funiculus
hereditatis eius. Inuenit eum in terra deserta. in loco
horroris. vastae solitudinis. Circumduxit
eum & docuit eum. & custodiuit eum sicut pupillam oculi
sui. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. super eos ut
iaciat pennas suas. & expandit
alas suas. & assumpsit eos. atque portauit in
humeris suis. Dominus solus dux eius fuit. et
non erat cum eo deus alienus. Constituit eum
super excelsam terram. ut comederet fructus
agrorum. ut sugeret mel de petra. oleum de
saxo durissimo. Butyrum de armento. & lac de
ouibus. cum adipe agnorum. arietum filiorum de
basan. Et hircos cum medulla tritici. & sanguinem uuae bibistis merum. Incrassatus
dilectus & dilectus recalcitrauit. incrassatus
impinguatus. dilatatus. dereliquit deum factorem suum. & recessit a deo saluatore suo.
Prouocauerunt eum in alienis. & in abo-
minationibus exacerbauerunt eum. Immolauerunt demonibus. & non deo. dis quos
ignorabant. novi recentesque venerunt
quos non coluerunt patres eorum. Deum qui
genuit te reliquisti. oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus & abiecit
eos. quia prouocauerunt eum filii sui & filiae
suae. Et ait. abscondam faciem meam ab eis.
et considerabo novissima eorum. Generatio
enim praua est. & infidelis filii. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus. irritauerunt me in uanitatibus suis. Et ego prouocabo eos
in eo qui non est populus. in gente stulta irritabo illos. Ignis enim succensus est in furore meo.
ardebit usque ad inferni nouissima. Devorabitque terram cum germine suo. & montium
fundamenta comburet. Congregabo super eos
mala. & sagittas meas complebo in eos. Con-
sumentur fame. & devorabunt eos aues mes-
sis. ad uastitatem. Dentes bestiarum immittam
in eos. cum furore trahentium super terram. ac
serpentum. & dracones. occidet eos gladius
foris. & pauor. iuuenem simul ac iuuencam
lactentem. cum homine senem. Et dixi ubi nam
sunt. cessare faciam eos. & delebo memoriam
eorum. Sed propter iniurias inimicorum. distulit ne forte
frangerentur hostes eorum. Et dicerent manus
nostra excelsa. et non dominus fecit hec omnia. Gens
absque consilio est. et sine prudentia. utinam
sapierent. intelligerent. ac nouissima prouiderent. Quomodo persequebatur unus mille. & duo
fugarent decem milia. Nonne ideo quia deus suus
uendidit eos. & dominus conclusit illos. Quoniam non est
deus sicut deus noster. ut deus noster. sunt inimici nostri.
De uinea sodomorum uinea eorum. & de suburbiis
gomorre. Vua eorum. uua fellis. & botri amarissimi sunt eis. Vinum draconum
uinum insanabile. Nonne hec condita sunt apud
me. signata in thesauris meis. Mihi ultio
& retributio. in tempore quando labitur pes eorum. Iuxta
est dies perditionis. & adsunt festinanter tempora
iudicium domini populum suum iudicabit. & super seruis suis mi-
serebitur. Videbit quoniam infirmata est manus
clausi quique reclusi reliquerunt. Et dicent. ubi sunt dii eorum. in quibus habebant
fiduciam. Deque quorum victimis comedebant
adipes. & bibebant uinum libaminum. Surgant
et opitulentur uobis. & in necessitate uos pre-
gant. Videte quia ego sum solus. non est alius
deus praeter me. Ego occidam. & ego uiuere
faciam. percutiam. & ego sanabo. et non est qui
eruat de manu mea. Leuabo ad celum
manum meam. & dicam. uiuo ego in aeternum.
Si acuero ut fulgur gladium meum. & arripuerit
iudicium manus mea. Reddam ultionem hos-
tibus meis. & his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine. & gla-
dius meus deuorabit carnes. De cruore ca-
ratorum. & captiuitate nudam. a principio
principum inimicorum. Laetamini gentes populum eius. quia sanguinem
seruorum suorum ulciscetur. Et ultionem dabit et
retribuet in hostes eorum. & propitiabitur terre po-
pulo suo. Venit ergo moyses. & locutus est
omnia uerba cantici huius audiente populo.
ipse. & Iosue filius nun. Completisque omnibus
sermonibus istis. Locutus ad universum israel. dixit eis.
Ponite corda uestra in omnibus uerbis
quae ego testificor uobis hodie. ut mandetis
filiis uestris. custodire. facere. & implere
omnia uerba legis huius. quia non in uano
praeceptum est. sed in salutem uestram. & hoc
ipso habitabitis super terram. Locutus est dominus ad
moysen. in eadem die dicens. Ascende
montem abarim. in
montem nebo. qui est in terra moab contra ieri-

Iste enim dum fere formidant apparent. q. p. amore peccatis noscere apparent. quos
malos sequet.

33

Hec est benedictio qua benedixit moyses
filiis israel. ante mortem suam. et dixit
dominus de sinai venit. et exortus est nobis de seir.
apparuit de monte pharan. cum eo sancta millia. in dextera
eius ignea lex. diligens populos. omnes sanctorum
manus illius sunt. et qui appropinquant pedibus
eius. accipient de doctrina illius. Legem pro-
pe mihi moyses hereditate multitudinis iacob. Erit apud
rectissimum regem congregatis
principibus populi cum tribubus israel. Vivat ruben
et non moriatur. sit parvus numero. Hec est
autem benedictio. Audi domine vocem iuda. et ad
populum suum perduc eum. Manus eius pu-
gnabunt pro eo. et adiutor eius eris
hostibus eius erit. Levi quoque ait. Perfectio
tua. et doctrina tua viro sancto tuo. quem tu
tentasti in tentatione. et iudicasti ad aquas con-
dictionis. Qui dixit patri suo. et matri suae
nescio vos. et fratribus suis. ignorabat filios. nec
eruit filios suos. hi custodierunt eloquia
tua. et pactum tuum. custodient. iudicia tua
o iacob. et legem tua israel. Ponent incen-
sum in furore tuo. et holocaustum super
altare tuum. Benedic domine fortitudinem eius.
et opera manuum illius suscipe. percute dorsum
inimicorum eius. et qui oderunt eum non resurgant.
Et benjamin ait. Amantissimus domini habitabit
confidenter in eo. quia in tabernaculo eius
morabitur. et inter humeros illius requiescet. Io-
seph quoque ait. benedicta a domino
terra eius. de pomis coeli. et de rore. et de abysso
iacente. et de pomis fructuum solis. et de iu-
gis collium aeternorum. et de pomis montium aeterno-
rum. et de frugibus terrae. et de
plenitudine eius. benedictio domini cum
apparuit in rubo veniat super caput ioseph.
et super verticem nazaraei fratrum suorum.
primogenitus taurorum pulchritudo eius.
cornua rhinocerotis cornua eius.
ipsis ventilabit populos usque ad terminos terrae.
hic sunt [illegible] et
[illegible] ad iericho

gabulon in parte maris. et tabernaculorum
eius tuis. Promisit ei dominus habitaturum. de
illo protegit eum tota die. et inter humeros eius
quiescit. Et gad ait. Benedictus qui dilatat
gad. sicut leo requiescens. et decerpit brachium
cum vertice. Vidit principatum suum quia ibi
tectus est legifer. et ipse principes populi
iustitiam domini fecit. et iudicia eius cum israel.
Et nephtalim dixit. Nephtalim habundantia habundantia
plenus benedictionem domini. mare et austrum possidet. Aser
quoque ait. Benedictus inter filios aser. sit
placens fratribus suis. et tingat in oleo pedem
suum. ferrum et aes calceamentum eius. sicut dies
senectutis tuae. ita et senectus tua. non est
est alius. et deus rectissimus. Aser esset
ceteris amabilior. tuus. Magnificentia et
decor eius. tuae. habitaculum eius. fuerit
sicut dracha seu pruna. Cuius
facies tua immutata. dicentibus vere. ha-
bitabit israel confidenter solus iacob.
super frumentum. et vinum. coelum quoque eius
erit roratum. Beatus es israel. Quis similis tui po-
pulus qui salvaris in domino. scutum auxilii tui. et gladius gloriae tuae. Negabunt te inimici tui.
tu autem eorum colla calcabis.

Ascendit ergo moyses de campestribus moab.
super montem nebo. in vertice pisgae. quae est contra
hiericho. Ostendit ei dominus omnem terram galaad usque dan. et universum
nephtalim. terramque effraim. et manasse. et
omnem terram iuda usque ad mare novissimum. et australem partem. et campum palmarum
iericho civitatis palmarum usque segor. Et
ait ei dominus. Hec est terra pro qua iuravi abraham.
ysaac. et iacob dicens. Semini tuo dabo eam.
Vidisti eam oculis tuis. ad illam autem non transibis.

Mortuusque est ibi moyses
servus domini. in terra moab iubente domino. et
sepelivit eum in valle terre moab. contra phe-
gor. et cognovit homo sepulchrum eius usque
in presentem diem. Moyses centum et viginti annorum
erat. cum mortuus est. non caligavit oculus
eius. nec senuerunt dentes eius. Flevere-
runtque eum filii israel in campestribus moab. triginta diebus. et completi sunt dies planctus
luctus moysen. Iosue autem filius
nun repletus est spiritu sapientiae. quia moy-

Gen. xxx
Gen. xxxviii.
Deut. liii

Deut. xxx

Iob. xxx
Ps. vi.

30

Exo. xxxii.
Nu. xxxiii.
Jos. ix.

sed potius sup eum manus suas colocauerunt
et sicut ipse fecerunt, sic precepit eis mo-
ysi. Et non sustinuerunt ipsi, insed manu-
licet moyses, que nosse eos facere ad fuc
eum monstra signa ante pharaonem, que im
sit eum, ut faceret ultra egypt pharao
in conspectu serui eius. Innumeresque fre
quentes, ut ostenderent magna
q; mirabilia que fecit moyses coram
universo israel.

Tanquam finito pentateuco moysi.
ueluti grandi ferente litorum, ad ty
rum fluuii nauem manus tendunt, quie-
bus iosue, hemin, de iosue filii nun re
cum, ac iudicum, litorum, quis se, ynum
euellant. Ac nihil quod et deber quod bis
dam nobis efficiunt. Quoniam quoque secrete
in hinam et ecclesiae nomini, construe to
rel pretendere diuisas, tingens sospica
cesquer, ne nil lato, illius studii pe
ar. Se ut impunit quod sepe retatul
sum, scias, ne non ut prophetae neces
nova cudere, sic animi criminent
set puritis parte, obtrite lingue mee:
hominibus quos ili nisi selectiuit unp
greco: exaplos ΕΞΑΠΛΟΥΣ. quos
simpliciu, latrae multo indigent, e
dicione minim poterant, sicut ubi manifes
uelutinuit lectione, euitarent. Hic il
lis offerebat mucinam quod sequentes
Quaxime cum apud latinos tot fun
exemplaria, quot codices, cumuli quis
partario suo, uel sedierit, uel subt
rent quos ei uelit est, unq; ii posse
nes, de quo disserant, unde esset arcu
ato iniuere, ora nos insurgere sed
puis, et sedi opus nostra carpere lin
gua desistit, uel sed capient si placet
nel displicent displicet, meminerit
q; illos uerbum. Et nisi habuerit
negua, lingua tua conamabet
uel. Secus, ad uersus in fetu tuum
loquebaris, conuersus filius matris
tue: ponebat scandalum ante faciem
eius. Ecce nunc dicit quod erat un
dinis angustia, ut ultimam illa q
nis faciem eius. Quo esi ante eum
uel legerat, uelut est, uel ipsum
to stare, nisi ut ceteros ad laudare
Dolere nisi, q; consignatum est, nisi

tudi pharaonis, sit ciuitas occisio hom
bis, et ecclesiae unus lacerare, inde
ad uerlari, ro, quoniam. Quia finitus
est pentatheuchus, placet, q; nu
chi si displicet, nisi cura tempori
dum putant. Quia nil ad affectus
voluntis, uel redum sint, ut impunitas
legum negligant. Quia ante dilecto
unta theorica, mutilationes ecclesi
sicperum. Quia contingens mutant
euisebii prophetae, cum omnes omnes
simulae distrahunt. Aut que sunt li
tuma, post, non deuerunt, pfere
que fatalasit. Cui nil in mono retinui
to, dare poenae, assumpta testimo
nia quae uident, accendi habent. Ne
mamus, ne omnes calliymanni in
cets, ut recipiant. Cetum post, cui pau
le ~~[illegible]~~ recentione, cum, una
mirtat, seraphin est. Nol utrolq; nos
custodiat, uirgine xpi, negare si non
terenus, nil, sed, nol, sed, ne xpi
experientiam, uidebit, tomasium, pau
dum opus, quod postlin, ne, ro, ere, be
latum, cum, nimis, libri, sed, ut pau
macidul, hoc item, latent, fugaet, et
nos ad partiam, fostnames, mentiri
sunt, nimium, cum, sunt, retenti, unt
transire.

Factum est ut post mortem - pr. I.
ta moysi dixit dominus - iosue filio nun ministro moysi dicens. Moysi seruus meus mortuus est. Surge transi iordanem tu et omnis populus tecum in terram quam ego dabo filiis israel. Omnem locum quem calcauerit uestigium pedis uestri. sicut locutus sum moysi. Ab deserto et libano usque ad flumen magnum eufratem. omnis terra cetheorum usque ad mare magnum contra solem occidentem erit finis uester. nullus uobis potest resistere omnibus diebus uitae tuae. Quia sicut fuit moysi. ita erit et tecum. non dimittam te nec derelinquam te. confortare et esto robustus.

Deu. I.
I. c. xxi.
Iob. xii.
de. d.

SVE

tu eum sede tua et populo huic tra-
de quia ut ait parvulus ut timeret eum
illis. Confortare igitur et esto robustus ut ma-
ne custodias et facias omnem legem quam pre-
cepit tibi moyses servus meus ne declines ab eo
dextrum vel ad sinistram ut intelligas cuncta
quecumque feceris sed volumen legis hujus non
recedat de ore tuo meditabisque in eo die ac nocte ut cu-
stodias et facias omnia quæ scripta sunt in eo. Et dixit
dominus ad eum nonne ecce precepi tibi confor-
tare et esto robustus noli timere nec
metuas quia tecum est dominus deus tuus in omnibus
quecumque
Precepit ergo josue principibus populi di-
cens. Transite per medium castrorum et precipite populo di-
cite. Parate vobis cibaria quia post triduum
transibitis jordanem ut possideatis terram
quam dominus deus vester dabit vobis. Rubenitis
et gaditis et dimidiæ tribui manasse locutus
sum quod dixerat moyses servus domini dicens
Dominus deus vestri dedit vobis requiem
et tradidit vobis terram hanc. Uxores vestre
et parvuli vestri et pecora manebunt in terra
quam dedit moyses trans jordanem vobis. Vos autem
armati antecedite fratres vestros omnes viri fortes
et juvantes eos donec det dominus fratribus vestris
requiem sicut vobis et possideant terram quam
dominus deus vestri dabit eis. Et sic revertemini in terram
possessionis vestre quam tradidit vobis moyses
servus domini trans jordanem ad solem ortum. Responderunt
ergo ad josue atque dixerunt
Omnia quæcumque præcepisti nobis faciemus et quo-
cumque miseris ibimus sicut obedivimus in cuncti-
s moyse ita obediemus tibi tantum sit dominus deus tuus nobis
sicut fuit cum moyse. Qui contradixerit ori tuo
et non obedierit cunctis sermonibus quos præcepis ei
morietur tantum confortare et esto robustus age.
Dixit josue filius nun de setim duos
viros exploratores abscondite et dixit eis ite
et videte terram urbemque jericho. Illi pergentes
ingressi sunt ad meretricis cuiusdam nomine rahab
quam ceperunt apud eam et fuerunt ibi. Et nuntiatum est regi jeri-
cho dicentes. Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de
filiis israel ut explorarent terram. Misitque rex
jericho ad rahab dicens. Educ viros qui venerunt
ad te et ingressi sunt domum tuam. Exploratores enim
sunt venti terram. Quibus dixerunt
mulier viros abscondit et ait. Fuerunt venientes ad me
et nescivi unde essent. Porta quoque claudebatur
tunc cum esset tenebrosa et illi egredi
erant. Nescio quo abierint. Persequimini eos festinanter et
forsitan apprehendetis eos. Ipsa autem
fecerat ascendere illos in solarium domus sue et operuerat
eos stipulis. Que vero exierant per viam quæ ducit ad vadum
fluvii. Illique egressi sunt. Porta quoque clausa
est. Nec dum obdormierant qui ingressi
sunt. Ecce mulier ascendit ad eos et ait. Novi quod dederit
vobis dominus terram. Timor vestri incubuit super nos et
languescunt omnes habitatores terre. Audivimus enim quomodo
siccaverit dominus aquas maris rubri ante faciem vestri
cum egrederemini de egypto et quæcumque fecerit
duobus regibus amorreorum qui erant trans
jordanem sehon et og quos interfecistis. Et
audientes pavimus et languerunt omnes animi
nec remansit in eis spiritus adventus vestri. Dominus
deus vester ipse est in celo sursum et in terra deorsum. Nunc
igitur jurate mihi per dominum ut quomodo ego feci
vobis misericordiam ita et vos faciatis cum domo patris
mei. Detque mihi signum veracem
ut vivere faciatis patrem meum et matrem meam et fratres
meos et omnia quæ habent et liberetis animas nostras
de morte. Ad quem dixerunt viri. Anima nostra
pro vobis si non prodideris hanc rem quam
agimus. Cum autem tradiderit nobis dominus terram
faciemus tibi misericordiam veritatis. Dimittebat ergo eos
funiculo de fenestra. Erat enim domus eius
in muro. Illique dixerunt ei. Montem ascendite
ne forte occurrant persequentes nos. Latetisque
in eis tribus diebus donec revertantur
persequentes. Et sic ibitis viam vestram. Qui
respondit eis. Ad quem sermonem vestrum
fiat. Dimittens ergo eos et
funiculum fenestra. Illi
abierunt et pervenerunt
in montem. Et manserunt
ibi tribus diebus donec
reverterentur persequentes
qui
quesierant per omnem viam
et non invenerunt. Illique
reversi
descendentes montem
transierunt
et venerunt ad josue filium nun
et narraverunt ei omnia
quæ
acciderant sibi. Dixerunt
quoque ad josue
Tradidit dominus in manibus
nostris omnem terram hanc
timore pavitant
omnes habitatores eius.
Igitur josue de
nocte surgens
castra
movit
Egressique
sacerdotes
et
reliqui
venerunt ad jordanem
ipse
et filii

Ex. xxxiii. Sap. xiii. xiv.

Act. xviii.

Ex. xxiii.

3

illic et morati sunt ibi per tres dies. Quibus evolu-
tis transierunt precones per castrorum medium et
clamare ceperunt. Quando videritis archam federis
Domini Dei vestri et sacerdotes stirpis levitice portan-
tes eam, vos quoque consurgite et sequimini precedentes.
Sitque inter vos et archam spatium cubitorum duorum mi-
lium, ut procul videre possitis et nosse per quam viam in-
grediamini, quia prius non ambulastis per eam. Et cavete
ne appropinquetis ad archam. Dixitque Iosue ad populum:
Sanctificamini, cras enim faciet Dominus inter vos mirabi-
lia. Et ait ad sacerdotes: Tollite archam federis et pre-
cedite populum. Qui iussa complentes tulerunt et ambu-
laverunt ante eos. Dixitque Dominus ad Iosue: Hodie
incipiam exaltare te coram omni Israel, ut sciant quod si-
cut cum Moyse fui, ita et tecum sim. Tu autem precipe
sacerdotibus qui portant archam federis et dic eis: Cum
ingressi fueritis partem aque Iordanis, state in ea. Di-
xitque Iosue ad filios Israel: Accedite huc et audi-
te verba Domini Dei vestri. Et rursum: In hoc, inquit, scie-
tis quod Dominus Deus vivens in medio vestri est, et disperdet
in conspectu vestro Chananeum et Etheum, Eveum et Phe-
rezeum, Gergeseum quoque et Amorreum et Iebuseum.
Ecce archa federis Domini omnis terre antecedet vos
per Iordanem. Parate duodecim viros de tribubus Israel,
singulos per singulas tribus. Et cum posuerint vesti-
gia pedum suorum sacerdotes qui portant archam fe-
deris Domini Dei universe terre in aquis Iordanis, aque
que inferiores sunt decurrent atque deficient: que
autem desuper veniunt in una mole consistent. Igitur
egressus est populus de tabernaculis suis ut trans-
iret Iordanem, et sacerdotes qui portabant ar-
cham federis pergebant ante eum. Ingressisque eis
Iordanem et pedibus eorum tinctis in parte aque Ior-
danis (ripas alvei sui tempore messis impleve-
rat) steterunt aque descendentes in uno loco et in-
star montis intumescentes apparebant procul ab
urbe que vocatur Edom usque ad locum Sarthan. Que
autem inferiores erant in mare Solitudinis (quod nunc
vocatur Mortuum) descenderunt usque quo omnino defi-
cerent. Populus autem incedebat contra Iordanem, et sacer-
dotes qui portabant archam federis Domini stabant
super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnis-
que populus per arentem alveum transibat. Quibus
IIII transgressis, dixit Dominus ad Iosue: Elige duodecim vi-
ros, singulos per singulas tribus, et precipe eis ut tollant
de medio Iordanis alveo ubi steterunt sacerdotum
pedes duodecim durissimos lapides, quos ponetis
in loco castrorum ubi fixeritis hac nocte tento-
ria. Vocavitque Iosue duodecim viros quos elegerat
de filiis Israel, singulos de tribubus singulis, et ait ad
eos: Ite ante archam Domini Dei vestri ad Iordanis

medium et portate inde singuli singulos lapi-
des in humeris vestris iuxta numerum filiorum Israel,
ut sit signum inter vos. Et quando interrogaverint vos
filii vestri cras dicentes: Quid sibi volunt isti la-
pides? Respondebitis eis: Defecerunt aque Iordanis   Ge. xx. / I. e. xxx
ante archam federis Domini cum transiret eum. Idcirco po-   Mat. iii
siti sunt lapides isti in monimentum filiorum Israel usque
in eternum. Fecerunt ergo filii Israel sicut eis precepit Iosue,
portantes de medio Iordanis alveo duodecim lapides,
ut eis Dominus imperarat, iuxta numerum filiorum Israel,
usque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posu-
erunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in me-
dio Iordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes qui porta-
bant archam federis Domini, et sunt ibi usque in presentem
diem. Sacerdotes autem qui portabant archam federis Domini
stabant in medio Iordanis donec omnia complere-
tur que Iosue preceperat Dominus ut loqueretur ad popu-
lum, et dixerat ei Moyses. Festinavitque populus et transi-
vit. Cumque transissent omnes, transivit et archa Domini, sa-
cerdotesque pergebant ante populum. Filii quoque Ruben   Ge. ...
et Gad et dimidia tribus Manasse armati pre-   D. c. ii
cedebant filios Israel, sicut eis preceperat Moyses, et   Nu. ...
xl pugnatorum milia per turmas et cuneos in-
cedebant per plana atque campestria urbis Ieri-
cho. In illo die magnificavit Dominus Iosue coram omni
Israel, ut timerent eum sicut timuerant Moysen dum
adhuc viveret. Dixitque ad eum: Precipe sacerdoti-
bus qui portant archam federis ut ascendant de Iorda-
ne. Qui precepit eis dicens: Ascendite de Iordane.
Cumque ascendissent portantes archam federis
Domini et siccam humum calcare cepissent, reverse sunt
aque in alveum suum et fluebant sicut ante consueverant.
Populus autem ascendit de Iordane decimo die primi men-
sis, et castrametati sunt in Galgalis contra orien-
talem plagam urbis Iericho. Duodecim quoque
lapides quos de Iordanis alveo sumpserant po-
suit Iosue in Galgalis, et dixit ad filios Israel: Quando
interrogaverint filii vestri cras patres suos et
dixerint eis: Quid sibi volunt isti lapides? do-
cebitis eos atque dicetis: Per arentem alveum tran-
sivit Israel Iordanem istum, siccante Domino Deo vestro
aquas eius in conspectu vestro donec transiretis, sicut fe-
cerat prius in mari Rubro quod siccavit donec transi-
remus, ut discant omnes terrarum populi fortissimam Domini
manum, ut et vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore.   V
Postquam ergo audierunt omnes reges Amorreorum qui
habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam,
et cuncti reges Chanaan qui propinqua possidebant
magni maris loca, quod siccasset Dominus fluenta Ior-
danis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum   Ge. xxvii
est cor eorum et non remansit in eis spiritus timentium in-

Gen. xxxix.

Iu. xxvii.

Ps. i. xcii. Ps. xcii. Ex. xviii.

Ex. xxx.

Ps. i. xii. Ps. v. Deu. xxv.

Iu. xcii.

Deu. v.

Deut. i. xi. Iud. i.

Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen

SV

ecclesiasticam plagam in bellum. ¶ Iosue autem
hoc tempore in medio manebat. Gingrum quoque omni
cultu ac recentium sacrificiorum cum suis
ad pedes iniquorum sacerdotum usque in angulo
pugnantes. Cum quibus ierant calcendi essent
exercitus eorum usque ad septem
nolem in bellum plagam. usque ad sol. usque in
ora eius. Quamquam multa miracula egerit.
posuerit in usum. nisi tamen ab
eo accessisset parte eius cunctis. Omnis uero
ethnicus exercitus ad aquilonem aciem dis
gebat. ita ut nouissimi usque ad
illam plagam urbis attingerent. Ad hunc ergo Io
sue iacta illa sacra in medio. Qui cum
uenisset ipse ad bellum festinante. mane. repressus
est cum omni exercitu cunctis. Dixeraque ei
quia destruam. ignorans quasi ter ei. uenit
in fuga. Iosue ne timuit. nisi essent in lan
dam nec metu. fugerunt parti solundis.
Ad illi uenerunt parti. Ac unum eo colo
tantum plecum sum est. Cum recessisset ad
uanare. cuncti qui multi hu. Ad hoc uenit
fuerant. qua non pluerunt est. sic parti cum
parti. qua ipsa ad eum quasi. Dixit dis. Io
sue. Lava clypeum quinquam non
urbem hu. cum tuorum est. Cum quoque elevasset
clypeum. ad unum omnis cunctis. in die
bam sunt venit gladium. ipsum gerunt. ad aduenit
operatum. succedit eam. Ipse autem cunctis
quod prosequebatur iosue. respicere uel. ut uel
fumi urbis. ascendit usque ad ascendere. non potu
erunt. illata huc illuc quoque distingue. Pedes ei
bii quasi unanimum fugam. nec debuit ad sedem
dimittere quia plecuit. fortissime retro illi. Ipse
uero iosue. nonne illi. quia cuncta est omnes.
Ad unus urbis ascendere. uenerunt pulsa
unos ita. Dicunt illi quoque eum. succen
dere cuncta. egredi ei urbe quia suos medi
os hostium sunt operi. Cum ergo eximque
prudit. aduersarii ceciderunt. ita ut nullus de
trunca ultimudine saluarent. rege quoque urbi
bii applicuerunt uuenerunt. robuleuum iosu
e. Ignis omnis interfecit. quibus. ardesta
ad uenit fuerit plecum. in eodem loco gladi
o cecuerunt. in illi filii illi. qui illi in ca
uuanerunt. Ecce autem quinque die cuncta ad
ronsay regum misericordia. in multa hominum omnis
urbis hu. Iosue uero in octaua manu. qui
multitudine pono. ut. uenerunt. dapes tunc
suffice erant omnis. tabernaculum. in. hostia
autem. pecus cuncta. simul erant. sibi filiis el

sicut precepit dominus iosue. Quin fuit ceciderunt
in eum. fecit eam tumultum temptationem. Re
gem quoque seuit suspendit. in arboribus usque
ad uespere. fecit accidum. Precepitque ut de
scenderent cadauera eius de cruce. precepit ut ipse
in eum cunctis. Congesto superum ma
gno acerno lapidum. qui permanet usque in hodiernum
diem. ¶ Cum hoc factum iosue aliquo die
ad illi. in memoriam dei. sicut precepit ~~illi~~ mo
ysei seruus dei. ~~in memoriam dei~~ filiis israel. et
lectis eum de in solumque legit moysi. Altare
de lapidibus integris. quos ferrum non tangit.
obuiat super eo holocausta dei. Immolauit quoque
pacifica uictima. scripsit super lapides ver
bum legis moysi. quod ille digesserat
coram filiis israel. Omnis autem populus. omnis se
nes eius. iudices quoque ac iudices. stabant ex
utraque parte arce in aspectu sacerdotum leuitarum
qui portabant archam. federis dei. ut accola ac
ciuis genus. Ecce ex parte montem
garizim. media parte montis. stabat sicut pre
cepit moyses seruus dei. benedicere populo
israel primum. Post hoc legit omnia uerba be
nedictionis. maledictionis. cuncta quae scripta
sunt in uolumine legis. Ita ut ne esset quod
moyses iusserat. relinquere. legit. Hi. sermo
nes uerba replicauit omnem multitudinem israel.
mulieribus ac parvulis. ad uenit. qui uenerant eos
morabant. ¶ Quibus audiuit cuncti reges
transiordanei. qui habitant in montibus et
campestribus. contra mare magnum. Libani quoque. qui habitabant in parte libani. hetei
amorrei. cananei. ferezei. heuei. iebu
seui. congregati sunt parti. ut pugnarent cum
iosue. et israel. uno animo. exercitu. ¶ Ut
hii gabaonitae audierunt. ad omnia
quae fecerat iosue. hiericho. et hai. et ceteris
cognouerunt. ut uenerunt corbanis sibi. sacco uete
ri. asinis. et uinum. et corbanis. uinum. et lectis
aqui. et ligatos. Calcaneum. pannis. quae ad
indicium uestitus. pruinae. corbanis. et
indum uetere. uestimentis. Pedes quoque quos
pannum obuiauerunt. duri erant. in fuisse
commutum. Preparauerunt. iosue. quasi ad
ratum. uestitus. gregis. et. ad. et
simul. stabant. Defatigata uetum. pri
cem. uenit. fuerant. quemque. Ecce panis in
ri. sit. breues ... sicut solum. mira que
nobis sors. dedit. habuerunt. non possumus fe
dus. iuramento. iniri. Ad illi. iosue. sermo quid
nu. fuit. Dixit. iosue. quis nam. et. uos. ci

Dep. xviii. cal.

Ieuuay

9

14

15

8

Gray Scale

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen

unte uestibus. Respiciebant. De terra longinqua venerunt saccati. in nomine dei tui.
Audiuimus enim famam potentie eius. cuncta quæ fecit in egypto. duobus amorreorum regibus transmarina
uia scilicet regi eseboni. et regi arad. qui erant in
asteroth. Inuertuntque nos serui tui. nihil habentes
uestes tue uetuste. Collige panes. et hæc
sunt. oblongissimam uiam. xxx. uestes eis dicite. Serui tui sumus. fœdus nunc ergo ferimus. Ecce panes qui egressi
sumus ad uestes nostras. cum parabamur ad
iter. et ecce arefacti sunt. et in minutissimas
a comedimus. Ipsi sunt uestes nostre. nunc
rupti sunt. et solum. Vestes nostre. quibus in
diuimus. et que habebamus in oculis. oblongitudinem longioris uie. attrita sunt. præ senio. et
sumpta. Suscepertunt igitur eorum. et os domini non
requisierunt. fecitque iosue cum eis pacem. et iunxit
fœdere. pollicitus est. quod non occideret. Principes
quoque multitudinis iurauerunt eis. Post dies
autem. ut. fœdere. audierunt. quod iuxta nos
habitarent. omnis est. factum. fuit. mouerunt castra. filii israel. et uenerunt. in ciuitates eorum die
tertio. Quæ hæc uocabuntur. gabaon. et
phuira. et beroth. et cariathiarim. non pepercerunt
eis. quia iurauerant eis principes multitudinis. in
nomine domini israel. murmurauit. itaque omne uul
gus contra principes. qui responderunt eis. Iuramus
uobis. in nomine domini dei israel. ergo non possumus
eis. nunc. igitur. hoc faciamus eis. et seruiant. ne
forte. incidat. in nos. iracundia. iuramenti. quod
iuramus. ne occidamus eos. et. dixerunt. principes
ad eos. sic. uiuant. et. sint. lignorum. cæsores. et aquarum
haustores. sicut. locuti sunt. principes. Quos. cum
uocasset. iosue. et. locutus. esset. ad eos. dicens. Quare
decepistis nos. dicentes. nimis longe. habitamus
a uobis. cum. uos. habitetis. in medio. nostri. Nunc
ergo. maledicti. estis. et. non. deficiet. de. uobis. seruitus
et. cæsores. lignorum. et. aquarum. in. domo. dei
mei. Responderunt. iosue. et. dixerunt. quia. renuntiatum. est. seruis
tuis. moyse. filio. nun. quem. dedit. uobis. deus
[illegible] terram. et. disperdere. cunctos. habitatores. eius
[illegible] timuimus. igitur. [illegible] animabus. nostris.
[illegible] quod. nobis. bonum
[illegible] ergo. iosue. in die
[illegible] filii israel. non
[illegible] mille die. et. ecce. omnia
[illegible] dedit. cedentes. ligna. et
[illegible] tempus. in. loco
[illegible] Cum audisset. autem
[illegible] scilicet. expulsis. iosue. hæc.

et subuertisse eam. sicut enim fecerat hiericho et
regi eius. sic fecerat hæc regi hai. quod timentes
habitatores gabaon. iosue. ad se. fœdere. coepissent
iungere. Erat enim magna ciuitas gabaon. sicut
regalis ciuitas. maior. et pulchrior. omnibus bella
tores eius fortissima. Obsidet igitur adonisedech rex ie
rusalem. ad oham. et ad hebron. et ad phiram. et ad dabir
rex. ad iarmuth. et ad lachis. et ad dabir
regem eglon. dicens. Ascendite ad me. et auxilio
ferte mihi. et expugnemus gabaon. Quare timuerunt
gens adiosue. et filii israel. Congregatique igitur. ascenderunt. quinque reges amorreorum. hierusalem. rex
hebron. rex hierimoth. rex lachis. rex eglon. simul
cum exercitibus suis. et castrametati sunt circa ga
baon. expugnantes eam. habitatores gabaon
urbis obsessæ. miserunt ad iosue. qui nunc morantur
in castris. apud galgalam. dicentes. ne
[illegible] manus tuas. a nobis. seruis tuis. ascende
ad nos. festinanter. et. [illegible] nos. fere. quoniam. congregati
sunt ad nos. omnes. reges amorreorum. qui in
montibus habitant. Ascendens igitur iosue de galga
la. cum omni exercitu. bellatores. cum eo. uiri fortissimi.
Dixitque dominus. ad iosue. Ne timueris eos. in manus
enim tuas tradidi eos. nullus eis. resistere
potest. Irruit igitur iosue super eos repente. ab
ascendens. nocte. de galgala. et omnibus hostibus
eos. stupefecit. Contriuitque plaga magna. a
gabaon usque. ad. ascensum. bethoron. et. percussit usque
ad azecha. et. maceda. Cumque fugerent filii israel. et
essent descendentes. de bethoron. dominus misit super eos lapi
des magnos. de cœlo. usque. ad azecha. et multo plures
perierunt. lapidibus. grandinis. quam quos gla
dio percusserant filii israel. Tunc locutus est iosue. do
mino. die qua tradidit dominus amorreos. in manus filii
israel. Dixitque coram eis. sol. stet. in gabaon. et
luna. stet. in ualle. aialon. Steterunt igitur sol. et luna. donec ulciscerentur se gentes.
inimicis suis. Nonne scriptum est hæc in libro
iusti. Steteruntque sol in medio cœli. et non festinauit occumbere. spatio unius diei. Non fuit
ante. nec. post. tam longa dies. obediente domino uoci
hominis. et pugnante pro israel. Reuersusque est iosue
cum omni israel. in castra. in galgala. Fugerunt autem
quinque reges. et absconderunt se in spelunca. in
macheda. Nuntiatumque est iosue. quinque reges
latere. in spelunca. in macheda. quapropter iosue
israel. Volumen. magnum. ad ostium speluncæ
ponite. et custodiantur. qui claudant eos. custodiantur.
Vos autem. nolite stare. persequimini hostes. eorum.
quosque fugerunt. cedite. nec dimittatis eos. urbi
bus suis. intrare prohibeo. quos tradidit dominus

ys. lxxix.

pro. i. vii. f.

ys. lxxiii.

ys. lxxiii.
ps. xxiii.

ys. cv.
ab. xi.
ps. cxxx.
ps. ii.
ps. ii. iii.

deu. xxxviii.

S V
Q

mutantur urbes. Et eligitur adversarius pa-
ganus magna virtute: admirantesque populi Israhel
hunc qui ab eis egressus est pervenisse in gressibus suis
vel munitis. Reversusque filii Israhel ad Io-
sue castra Machedon. ~~[illegible]~~ castra cum
integro numero. nullusque omnino ex eis desi-
derabatur.

¶ Precepitque Iosue dicens. Aperite
portas et sepulcrum educite adhuc quinque reges
qui ibi latitant. ¶ Fecerunt ministri ut
sibi fuerat imperatum. Eduxerunt ad eum quinque reges
Hierusalem. regem Hebron. regem Iarmoth. regem Lachis. regem Eglon. Cumque educti
essent ad eum iussit omnes viros Israhel venire. et ad principes
qui secum erant. Ite. ponite pedes
super colla regum istorum. Qui cum processissent.
et subiecissent pedes colla calcantes. rursum ait
ad eos. Nolite timere. nec pavescatis. confortamini
et estote robusti. Sic enim facient dominus omnes inimicos
vestros. adversum quos dimicatis. Percussitque
Iosue. interfecit eos. atque suspendit. sed
et hi quinque reges. quos ceperat. usque ad vespere. Sed
cum occidisset eos. precepit ut deponerentur
de patibulis. Quibus depositis in speluncam. precepit
ut claudatur etiam. et supponatur super os eius lapides
ingentes qui maneant usque in presens. Ipse vero cum
Machedon. quem cepit Iosue. percussit in ore gladii
regem eius illum interfecit. omnes qui habitabant in Lebna.
non dimisit in ea saltem parvulos reliquos. sed
et regi Machedon sic fecerat ut regi Iericho. Transiit
Iosue cum omni Israhel de Machedon in Lebna. et pugnabat
contra eam. et tradidit dominus eam cum rege suo in
manus Israhel. Percussitque ut erat in ore gladii
omnes habitatores eius non dimisitque in ea ullas re-
liquias. ¶ Fecerunt regi Lebna sicut fecerunt regi
Iericho. Delebat transiens eam omnis Israhel. usque
Lachis. Vertit eam pugnans de Hebron. et pugnabat contra
Eglon. tradidit dominus in manus Israhel. et cepit eam die
altero. atque percussit in ore gladii. Omnesque animas
quae fuerant in ea sicut fecerat Lebna. Ceperunt ascendere
Hebron et pugnare. et ceperunt eam. et percusserunt
Lachis. Quem percussit Iosue cum omni populo eius. usque ad internecionem
ita ut nemo ex eis remaneret. Transiit inde
et ascendit contra Dabir. et pugnavit contra eam. et fecerat
Dabir. Ascenderunt quoque cum omni exercitu Israhel. et Eglon
in Lebron. et pugnaverunt contra eam. et ceperunt. percusserunt in ore g-
ladii. et omnes animas quae erant in ea omnem animam. sicut fecerat
Eglon. et disperdit eam cum omnibus animabus quae erant in ea. ut
ne unus quidem remaneret omnino. non
reliquit in ea ullas reliquias. sic fecerat Eglon. sic fecerat Dabir
Lebron. sic fecerat et Lebna. et regi eius. Percussitque
Iosue in ore gladii omnes animas quae erant in ea. et omnem animam
Dabir. et regem eius. et omnes animas quae erant in Lebna. et regem eius.
et omnes animas quae erant in ea. percussit more gladii.
non dimisit in ea ullas reliquias. sic fecerat Dabir. et
Lebna. et regi eius. sicut fecerat et Dabir. et regi eius. Percussitque
Iosue omnem terram montanam et meridianam. et
campestrem et Asedoth. cum regibus suis. non di-
misit in ea ullas reliquias. sed omnes quos invenire potuerat
interfecit. sicut praecepit ei dominus Israhel. ab Cadesbarne
usque Gaza. Omnemque terram Gesen usque Gabaon. et
universos reges regionum eorum uno ictu imperii atque
vastavit. Dominus enim ipse Israhel pugnabat pro eis.
Cumque esset exercitus Israhel in castris in Galgala. Hue
cum audisset rex Iabin rex Asor misit ad Iobab regem Ma-
don. et ad regem Semeron. atque ad regem Acsaph. Ad reges quoque Aquilonis. qui habitabant in monti-
bus. et in planitie. ex ea parte Chenereth. in campestribus
quoque in finibus Dor. ex parte occidentali. Chananeisque ex
parte orientis et occidentis. et Amorreis. et Hetheis. et Pheresaeis
et Iebusaeis in montanis. Hiveisque qui habitabant
ad radices Hermon. in terra Maspha. Egressique sunt omnes
cum omnibus suis. populus innumerabilis. sicut harena quae est
in ora maris. Et equos quoque et currus multos nimis. Cum
ergo convenissent omnes reges simul. venerunt castrametati sunt
ad aquas Merom. ut pugnarent contra Israhel. Dixitque dominus ad Iosue. Ne timeas
eos. Cras enim hac ipsa hora ego tradam omnes istos
vulnerandos coram te. ita ut sint. Equos eorum subnervabis
et currus ignibus combures. Venitque Iosue. omnis exercitus
cum eo. adversum illos. ad aquas Merom subito. irruen-
tium super eos. Tradidit eos illos dominus in manus Israhel. qui
persequebantur eos. usque ad Sidon magnam. usque
ad Maserephoth. Campumque Maspha. ad orientem
usque ad vallem Iebuseam. ita percussit omnes ut non remaneret
ex eis reliquias. ¶ Fecitque sicut praeceperat ei dominus. equos
subnervavit. currus combussit. Reversusque sta-
tim cepit urbes. et regem eius. percussit gladio. Urbes e-
nim antiquitus. ante omnia regna vicina. pancratii
tenebant. Portasque omnes urbium. quae erant in ea
vastavit. non dimisit in ea ullas reliquias. sed usque ad
internecionem omnes vastavit. Ipsaque urbes percussit
incendio. omnes portas civitatum. regesque earum ex-
pulit. atque deleuit. sicut praeceperat ei Moyses fa-
mulus domini. absque urbibus quae erant in collibus. in
tumulis sive circuitu siquidem Israhel unam tantum
aliam. nominatissimam Hazam. combussit. Omnemque
fecit urbium acquisitarum dominatus filiis
Israhel. cunctis hominibus secundum sicut praeceperat dominus
Moysi Iosue. ita fecit et Moyses Iosue. nulla omnino
omisit de universis quae iussit mandavit. et omnium
quae verbis quae iussit dominus Moysi. Cepitque
Iosue omnem terram montanam et meridianam. et
terram Iesen. et planitiem. et occidentalem plagam
montis Israhel. et in planitiem eius. et partem montis

II

Deut. xxvi.

Deut. xxvi.

Deut. xxvi.

Nu. xxi.
I. e. xxx.
D. e. xxii

que ascendit seir usque baalgad per planitiem libani subter montem hermon omnes reges eorum cepit percussit et occidit. Multo tempore pugnavit iosue contra reges istos. Non fuit civitas que se non traderet filiis israel preter eveum qui habitabat in gabaon omnes bellando cepit. Domini enim sententia fuerat ut indurarentur corda eorum et pugnarent contra israel et caderent et non mererentur ullam clementiam ac perirent sicut preceperat dominus moysi. In tempore illo venit iosue et interfecit enachim de montanis ebron et dabir et anab et de omni monte iuda et israel et urbes eorum delevit. Non reliquit ullum de stirpe enachim in terra filiorum israel absque civitatibus gaza et geth et azoto ascalon atque accaron in quibus solis relicti sunt. Cepit ergo iosue omnem terram sicut locutus est dominus ad moysen et tradidit eam in possessionem filiis israel secundum partes et tribus suas. Quievitque terra a preliis.

Hii sunt reges quos percusserunt filii israel et possederunt terram eorum trans iordanem ad solis ortum a torrente arnon usque ad montem hermon et omnem orientalem plagam ~~que respicit ad solitudinem~~. Seon rex amorreorum qui habitavit in esebon dominatus est ab aroer que sita est super ripam torrentis arnon et medie partis in valle dimidiique galaad usque ad torrentem iaboch qui est terminus filiorum ammon et a solitudine usque ad mare chenereth contra orientem et usque ad mare deserti quod est mare salsissimum ~~mare mortuum~~ ad orientalem plagam per viam que ducit bethsimoth et ab australi parte que subiacet asedoth phasga. Terminus og regis basan de reliquiis raphaim qui habitavit in astaroth et in edrai et dominatus est in monte hermon et in salecha atque in universa basan usque ad terminos gessuri et machati et dimidie partis galaad terminos seon regis

Nu. xxi.

esebon. Moyses famulus domini et filii israel percusserunt eos tradiditque terram eorum moyses in possessionem rubenitis ~~et gaditis~~ et dimidie tribui

12 manasse. Hii sunt reges terre quos percussit iosue et filii israel trans iordanem ad occidentalem plagam a baalgad in campo libani usque ad montem cuius pars ascendit in seir tradiditque eam iosue in possessionem tribubus israel singulis partes suas tam in montanis quam in planis atque in campestribus in asedoth et in solitudine ac meridie. Hettheus fuit et amorreus chananeus et ferezeus eveus et iebuseus. Rex iericho unus. Rex hai que est ex latere bethel unus. Rex ierusalem unus. Rex ebron unus. Rex ierimoth unus. Rex lachis unus. Rex eglon unus. Rex gazer unus. Rex dabir unus. Rex gader unus. Rex herma unus.

Rex hered unus. Rex lebna unus. Rex odollam unus. Rex maceda unus. Rex bethel unus. Rex taphua unus. ~~Rex gazer unus.~~ Rex ofer unus. Rex afec unus. Rex saron unus. Rex madon unus. Rex asor unus. Rex semeron unus. Rex acsaph unus. Rex thenac unus. Rex mageddo unus. Rex cedes unus. Rex iachanan carmeli unus. Rex dor et provincie dor unus. Rex gentium galgal unus. Rex thersa unus. Omnes reges triginta et unus.

13 Iosue senex provecteque etatis erat et dixit dominus ad eum Senuisti et longevus es terraque latissima derelicta est que necdum est sorte divisa. Omnis videlicet galilea philistiim et universa gessuri a fluvio turbido qui irrigat egyptum usque ad terminos accaron contra aquilonem terra chanaan que in quinque regulos philistiim dividitur gazeos et azotios ascalonitas getheos et accaronitas. Ad meridiem vero sunt evei. Omnis terra chanaan et maara sydoniorum usque afeca et terminos amorrei cunctaque confinia. Libani quoque regio contra orientem a baalgad sub monte hermon donec ingrediaris emath. Omnium qui habitabant in monte libano usque ad aquas maserefoth et universique sydonii. Ego sum qui delebo eos a facie filiorum israel. Veniat ergo in partem hereditatis israel sicut precepi tibi. Et nunc divide terram in possessionem novem tribubus et dimidie tribui manasse. Cum qua ruben et gad possederunt terram quam tradidit eis moyses famulus domini trans fluenta iordanis ad orientalem plagam. Ab aroer que sita est in ripa torrentis arnon et in vallis medio universaque campestria medaba usque dibon et cunctas civitates seon regis amorrei qui regnavit in esebon usque ad terminos filiorum ammon et galaad ac terminum gessuri et machati et omnem montem hermon et universam basan usque salecha. Omne regnum og in basan qui regnavit in astaroth et edrai. Ipse fuit de reliquiis raphaim. Percussitque eos moyses atque delevit. Noluerunt disperdere filii israel gessuri et machati et habitaverunt in medio israel usque in presentem diem. Tribui autem levi non dedit possessionem sed sacrificia et victime domini dei israel ipsa est eius hereditas sicut locutus est ei. Dedit ergo moyses possessionem tribui filiorum ruben iuxta cognationes suas. Fuitque terminus eorum ab aroer que sita est in ripa torrentis arnon et in valle eiusdem torrentis media universam planitiem que ducit medaba et esebon cunctosque viculos earum qui sunt in campestribus dibon quoque et bamothbaal et oppidum baalmaon et iassa et cedimoth et mephaath et cariathaim et sabama et sarathasar in monte convallis bethfegor et asedoth phasga et bethiesimoth.

Jer. vii.

Nu. xxxii.
I. c. xxii.
I. c. xxii.

14 omnes urbes campestres, universaque regna Seon regis
Amorrei, qui regnavit in Esebon, quem percussit Moyses
cum principibus Madian, Eveum et Recem et Sur et Hur et
Rebe, duces Seon habitatores terre. Et Balaam filium
Beor ariolum occiderunt filii Israel gladio cum ceteris
interfectis. Factusque est terminus filiorum Ruben Iordanis
fluvius. Hec est possessio Rubenitarum per cognationes
suas urbium et villarum. Deditque Moyses tribui Gad
et filiis eius per cognationes suas possessionem, cuius
hec divisio est. Terminus Iazer et omnes civitates Galaad,
dimidiamque partem terre filiorum Ammon usque Aroer
que est contra Rabba, et ab Esebon usque Ramoth, Mas-
phe et Bethonim, et a Manaim usque ad terminos Da-
bir, in valle quoque Betharam et Bethnemra et Socoth
et Saphon, reliquam partem regni Seon regis Esebon.
Huius quoque Iordanis finis est usque ad extremam par-
tem maris Cheneret trans Iordanem ad orientalem
plagam. Hec est possessio filiorum Gad per familias
suas, civitates et ville earum. Dedit et dimidie tribui
Manasse filiisque eius iuxta cognationes suas
possessionem, cuius hoc principium est: a Manaim
universam Basan, et cuncta regna Og regis Basan,
omnesque vicos Iair qui sunt in Basan, lx oppida, et
dimidiam partem Galaad, et Astaroth et Edrai, urbes
regni Og in Basan, filiis Machir, iuxta cognati-
ones suas. Hanc possessionem divisit Moyses in
campestribus Moab trans Iordanem contra Iericho
ad orientalem plagam. Tribui autem Levi non dedit
possessionem, quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio eius,
ut locutus est illi. Hec est quod possederunt filii Israel
in terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar sacerdos et
Iosue filius Nun et principes familiarum per tribus I-
srael, sorte omnia dividentes, sicut preceperat Dominus in
manu Moysi, novem tribubus et dimidie tribui. Du-
abus enim tribubus et dimidie dederat Moyses trans
Iordanem possessionem, absque Levitis qui nichil
terre acceperunt inter fratres suos. Sed in eorum successerunt
locum filii Ioseph, in duas divisi tribus, Ma-
nasse et Ephraim, nec acceperunt Levite aliam in terra
partem, nisi urbes ad habitandum et suburbana
earum ad alenda iumenta et pecora sua. Sicut preceperat
Dominus Moysi, ita fecerunt filii Israel et diviserunt terram.
Accesserunt itaque filii Iuda ad Iosue in Galgala,
locutusque est ad eum Caleph filius Iephone Cenezeus:
Nosti quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me et te
in Cadesbarne. xl annorum eram quando misit me
Moyses famulus Domini de Cadesbarne ut considerarem
terram, nuntiavique ei quod michi verum videbatur.
Fratres autem mei qui ascenderant mecum dissolverunt cor
populi, et nichilominus ego secutus sum Dominum Deum meum.
Iuravitque Moyses in die illo dicens: Terram quam cal-
cavit pes tuus erit possessio tua et filiorum tuorum in
eternum, quia secutus es Dominum Deum meum. Concessit
ergo Dominus vitam michi sicut pollicitus est usque in presen-
tem diem. Quadraginta et quinque anni sunt ex quo
locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambula-
bat Israel per solitudinem; hodie lxxx et v annorum
sum, sic valens ut eo valebam tempore quando ad explo-
randum missus sum. Illius in me temporis fortitudo usque
hodie perseverat, tam ad bellandum quam ad gradiendum.
Da ergo michi montem istum quem pollicitus est Dominus,
te quoque audiente, in quo Enachim sunt et urbes magne
atque munite, si forte sit Dominus mecum et potuero delere
eos sicut promisit michi. Benedixitque ei Iosue et tradidit
ei Hebron in possessionem. Atque ex eo fuit Hebron Caleph
filio Iephone Cenezeo usque in presentem diem, quia secutus
est Dominum Deum Israel. Nomen Hebron ante vocabatur Caria-
tharbe; Adam maximus ibi inter Enachim situs est. Et ter-
ra cessavit a preliis. Igitur sors filiorum Iude per co- 15
gnationes suas fuit: a termino Edom usque ad
desertum Sin contra meridiem et usque ad extremam par-
tem australis plage. Initium eius a summitate maris
salsissimi, et a lingua eius que respicit meridiem. Egre-
diturque contra ascensum Scorpionis, et pertransit in Sina, et
ascendit in Cadesbarne, et pervenit in Esron, ascen-
dens ad Addara et circumiens Carcaa, atque inde pertrans-
iens in Asemona, et perveniens ad torrentem Egypti, eruntque
termini eius mare magnum. Hic erit finis meridi-
ane plage. Ab oriente vero erit initium maris sal-
sissimi usque ad extrema Iordanis, et ea que respiciunt
ad generationem et generationem fides eius. Canticum David. C.
Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. psallam. erudi-
ar in via perfecta. quando venies ad me. Ambula-
bo in simplicitate cordis mei. in medio domus mee.
Non proponam contra oculos meos verbum belial. facientes
declinationes odivi. non adhesit mihi. Cor pravum re-
cedet a me. malum nesciam. Loquentem in abscondi-
to proximo suo. hunc interficiam. Superbum oculis et
altum corde. cum hoc non potero. Oculi mei ad fideles
terre. ut habitent mecum. Ambulans in via simpli-
citer. hic ministrabit mihi. Non habitabit in medio do-
mus mee faciens dolum. loquens mendacium non placebit
in conspectu oculorum meorum. Mane perdam omnes impios terre.
ut interficiam de civitate domini universos qui operantur i-
niquitatem. Oratio pauperis cum sollicitus fuerit et co-
ram domino effuderit precem suam. CI.
Domine exaudi orationem meam. et clamor meus ad te veniat. Non
abscondas faciem tuam a me. in die tribulationis mee.
inclina ad me aurem tuam. in quacumque die invoca-
vero te. velociter exaudi me. Quia consumpti sunt sicut fumus
dies mei. et ossa mea quasi frixa contabuerunt. Percussum est
quasi fenum et aruit cor meum. quoniam oblitus sum come-
dere panem meum. A voce gemitus mei adhesit os
meum carni mee. Assimilatus sum pellicano deserti.
factus sum quasi bubo solitudinis. Vigilavi et fui sicut
avis solitaria super tectum. Tota die exprobrabant
mihi inimici mei. exultantes per me iurabant. Quia
cinerem sicut panem comedi. et potum meum cum fletu
miscui. A facie indignationis et ire tue. quia elevasti
me. et allisisti me. Dies mei quasi umbra inclinata sunt.
et ego quasi fenum arui. Tu autem domine in eternum permanes.
memoriale tuum in generatione et generationem. Tu su-
scitans misereberis Sion. quia tempus est ut miserea-
ris eius. quia venit tempus. quoniam venit pactum. Quoni-
am placitos fecerunt servi tui lapides eius. et pulve-
rem eius miserabilem. Et timebunt gentes nomen domini. et
universi reges terre gloriam tuam. Quia edificabit
dominus Sion. apparebit in gloria sua. Respexit ad o-
rationem vacui. et non despexit orationem eorum. Scri-
batur hoc in generatione novissima. et populus qui creabitur
laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto
suo. dominus de celo in terram aspexit. ut au-
diret gemitum vincti. ut solveret filios mortis.
Ut narretur in Sion nomen domini. et laudatio eius in ie-
rusalem. Cum congregati fuerint populi simul et regna.
ut serviant domino. Afflixit in via fortitudinem
meam. abbreviavit dies meos. Dicam deus meus ne
tollas me in dimidio dierum meorum. in generatione et
generationum anni tui. A principio terram fundasti.
et opus manuum tuarum celi. Ipsi peribunt. tu autem stabis.
et omnes quasi vestimentum atterentur. et quasi pallium mutabis
illos. et mutabuntur. Tu autem ipse es. et anni tui non
deficient. Filii servorum tuorum habitabunt. et semen
eorum ante faciem tuam firmabitur. Ps. D. C.II.
Benedic anima mea domino. et omnia viscera mea nomi-
ni sancto eius. Benedic anima mea domino. et noli oblivisci omni-
um retributionum eius. Qui propitiatur cunctis iniquita-
tibus tuis. et sanat omnes infirmitates tuas. Qui
redimit de corruptione vitam tuam. et coronat te misericordia.
et miserationibus. Qui replet bonis ornamentum tuum.
innovabitur sicut aquile iuventus tua. Faciens iusti-
tias dominus. et iudicia cunctis qui calumniam sustinent.
Notas fecit vias suas moysi. filiis israel cogitati-
ones suas. Misericors et clemens dominus. patiens et mul-
te miserationis. Non in sempiternum iudicabit. neque
in eternum irascetur. Non secundum peccata nostra fecit nobis.
neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quan-
tum enim excelsius est celum a terra. tantum confortavit
misericordiam suam super timentes eum. Quantum longe est oriens
ab occidente. tantum longe fecit a nobis scelera nostra. Si-
cut miseretur pater filiorum. misertus est dominus timentibus se.
Ipse enim novit plasmationem nostram. Recordatus
est quia pulvis sumus. homo quasi herba dies eius. sicut flos agri.
sic florebit. Quia spiritus pertransibit eum. et non subsistet.
et non cognoscet eum ultra locus eius. Misericordia autem domini ab
eterno et usque in eternum. super timentes eum. Et iustitia
eius in filios filiorum. his qui custodiunt pactum eius. et recor-
dantur preceptorum eius ad facienda ea. Dominus in celo fir-
mavit thronum suum. et regnum illius omnibus dominabitur.
Benedicite domino angeli eius. fortes robore. facie-
ntes verbum eius. obedientes voci sermonis eius. Bene-
dicite domino omnes exercitus eius. ministri eius qui facitis p-
lacitum illius. Benedicite domino universa opera eius. in o-
mnibus locis potestatis eius. benedic anima mea domino. Ps. D. C.III.
Benedic anima mea domino. domine deus meus magnificatus
es nimis. Gloria et decore indutus es. amictus lu-
ce quasi vestimento. Extendens celos ut pellem. qui tegit
aquis cenacula eius. Qui ponit nubes currum suum. qui
ambulat super pennas venti. Qui facit angelos suos
spiritus. ministros suos ignem urentem. Qui fundavit
terram super bases suas. et non commovebitur in seculum et in
seculum. Abysso quasi vestimento operuisti eam. super montes
stabunt aque. Ab increpatione tua fugient. a voce
tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes.
et descendunt campi. ad locum quem fundasti eis.
Terminum posuisti eis quem non pertransibunt. nec
revertentur ut operiant terram. Qui emittis fon-
tes in convallibus. ut inter medios montes ambulent.
Ut bibant omnia animalia regionum. et reficiat onager
sitim suam. Super ea volucres celi morabuntur. de
medio nemorum dabunt vocem. Qui irrigas mon-
tes de cenaculis tuis. de fructu operum tuorum

[illegible]

plebit ten. Terminans hostes eius universos. et
fortis seminum hominum. Vt ducat panem de
terra. et vinum letificet cor hominis. Ad oleum faciendum
faciem in oleo. panis autem cor hominis roborat. Satiabuntur ligna domini.
cedri libani quas plantavit. ibi nidificabunt. Milvo abies domus eius.
montes excelsi cervis. petra refugium ericiis. Fecit luna in tempora. sol cognovit occasum suum.
Posuisti tenebras. et facta est nox. in ipsa pertransibunt
omnes bestiae silvae. Leones rugientes ad praedandum
et quaerentes a deo escam sibi. Orietur sol. et recedent
et in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo
ad opus suum. et ad lucubrandum usque ad vespere.

Quam magnificata sunt opera tua domine. omnia in sapientia
fecisti. impleta est possessione tua. Hoc mare
magnum et latum manibus. ibi reptilia quorum non est numerus.
animalia pusilla cum magnis. ibi naves pertransibunt.
Leviathan iste quem formasti. ut illudat ei. omnia
a te exspectant. ut des illis escam in tempore suo. Dante te
illis colligent. aperiente te manum tuam replebuntur
bono. Auferes spiritum eorum. et deficient. et in pulverem suum
revertentur. Emittes spiritum tuum. et creabuntur.
et renovabis faciem terrae. Sit gloria domini in saeculum.
laetabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terram. et
tremere facit. tangit montes. et fumigant.
Cantabo domino in
vita mea. psallam deo meo quamdiu fuero. Placeat ei eloquium
meum. ego autem delectabor in domino. Deficiant
peccatores de terra. et iniqui ut non sint. Benedic anima
mea domino. Alleluia.

Confitemini domino. invocate nomen eius. notas facite
in populis adinventiones eius. Cantate ei. et
psallite ei. loquimini in omnibus mirabilibus
eius. Laudamini in nomine sancto eius. laetetur cor quaerentium
dominum. Quaerite dominum. et virtutem eius. quaerite faciem
eius semper. Recordamini mirabilium eius quae fecit. signorum
eius. et judiciorum oris eius. Semen abraham servi
eius. filii jacob electi eius. Ipse dominus deus noster in omni terra
judicia eius. Recordatus est in aeternum testamenti sui. verbi quod
praecepit in mille generationes. Quod pepigit cum
abraham. et juramenti sui cum isaac. et firmavit illud
cum jacob in legem. et israel in testamentum sempiternum. Cum
essent viri paucissimi. modici. et advenae in ea. transibant
de gente in gentem. de regno ad populum alterum. Non dimisit
hominem nocere eis. et corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos. et
in prophetis meis nolite malignari. Et vocavit famem super terram. omnem
firmamentum panis contrivit. Misit ante faciem eorum virum.
in servum venundatus est joseph. Afflixerunt in compedibus
pedes eius. in ferro venit anima eius. donec veniret verbum eius.
eloquium domini inflammavit eum. Misit rex et solvit eum.
princeps populorum et dimisit illum. Posuit eum dominum domus suae. et
principem omnis possessionis suae. Vt erudiret principes eius sicut voluerit.
et senes eius prudentiam docere. Et ingressus est israel aegypto.
et jacob advenit in terra cham. Et auxit populum suum nimis.
et confortavit eum super inimicos eius. Convertit cor eorum ut odirent populum eius.
et dolose agerent cum servis eius. Misit moysen servum suum.
aaron quem elegit ipsum.
Posuerunt in eis verba signorum suorum. et portentorum in terra cham. Misit tenebras. et obscuravit.
et non exacerbaverunt sermones eius. Convertit aquas eorum in sanguinem.
et occidit pisces eorum. Corruptum est
terra eorum in conspectu regum eorum. Dixit et venit
musca. et cinomia. in omnibus finibus suis. Dedit pluvias eorum grandinem. ignem flammantem
in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum. et ficus
eorum. et confregerunt lignum finium suorum. Dixit et venit
locusta. et bruchus cui non erat numerus. Et comedit omne
fenum in terra eorum. et devoravit omnem fructum terae eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum. primitias
omnium laborum eorum. Et adduxit eos cum argento et
auro. et non erat infirmus in tribubus eorum. Laetata est aegyptus
cum egredientur. quia incubuerat timor eorum super eos. et
expandit nubem in tentorium. et ignem ut luceret nocte.
Petierunt. et adduxit coturnicem. et panem caeli satiavit eos. Aperuit petram. et fluxerunt aquae. abierunt in arida flumina. Quia recordatus est verbi sancti suae.
Et eduxit populum suum in exultatione. et laude electos suos. Et dedit
eis terras gentium. et labores populorum possederunt.
Vt custodiant caeremonias eius. et legem eius inquirant.
Confitemini domino quoniam bonus. quoniam in aeternum misericordia eius.
Quis loquetur potentias domini. audibiles faciet omnes laudes eius. Beati qui custodiunt
judicium. et faciunt justitiam in omni tempore.
Recordare mei domine in beneplacito populi tui. visita
me in salutari tuo. Vt videam bona electorum tuorum. et laetetur in laetitia gentis tuae. et laudem cum
hereditate tua. Peccavimus cum patribus nostris. iniquitatem fecimus.
impie egimus. Patres nostri in aegypto non intellexerunt mirabilia tua. non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae. Et ad irritandum ascendentes
fuerunt in mare. in mare rubro. Et salvavit eos propter nomen suum. ut ostenderet fortitudinem
suam. Et increpavit mare rubrum. et exaruit. et eduxit
eos per abyssos sicut in deserto. Et salvavit
eos de manu odientis. et redemit eos de manu
inimici. Et operuit aqua hostes eorum. unus ex eis non
remansit. Et crediderunt verbis eius. et laudem
ipsi cantaverunt. Festinaverunt. obliti sunt operum eius. non sustinuerunt
consilium eius. Et concupierunt concupiscentiam
in deserto. et tentaverunt deum in solitudine.
Et dedit eis petitionem eorum. et misit satietatem
animae eorum. Et zelaverunt moysen in castris.
aaron sanctum domini. Aperta est terra et devoratus est dat

Gen. xxvi.

Exo. xxxviii. atque xlvi.

Gen. c. cvi. cvii. cxxxv. quae. i. ix.

Exo. c. lxxvi.

than. et operuit synagogam abiron. Et succensus
est ignis in synagoga eorum. flamma combussit im-
pios. Fecerunt vitulum in oreb. et adoraverunt confla-
tile. Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem
A. xxxvii. bovis comedentis fenum. Obliti sunt dei salvato-
ris sui. qui fecit magnalia in egypto. mirabi-
lia in terra cham. terribilia super mare rubrum. Et dixit
ut contereret eos. si non moyses electus eius stetisset in
medio coram facie illius. ut averteret indignationem
eius. ne disperderet. Et despexerunt terram desidera-
bilem. nec crediderunt sermoni eius. et murmura-
verunt in tabernaculis suis. non exaudierunt vocem
domini. Et elevavit manum suam super eos. ut deiceret
eos in deserto. Et ut deiceret semen eorum in genti-
bus. et dispergeret eos in terris. Et consecrati sunt belphe-
gor. et comederunt victimas mortuorum. Et concita-
verunt eum in studiis suis. et percussit eos plaga.
Stetit autem finees. et diiudicavit. et retenta
Nu. xxv. percussio. et reputatum est ei in iustitiam. in genera-
Gn. xxv. tione et generationem usque in eternum. Et provocaverunt
super aquam contradictionis. et afflictus est moyses prop-
ter eos. quia provocaverunt spiritum eius. Et pronuntiavit labiis suis.
Non contriverunt populos. quos dixit dominus illis.
Et commixti sunt gentibus. et didicerunt opera eorum. et
Ps. clxxx. servierunt sculptilibus eorum. et factum est eis in scanda-
Ex. xxxiiii. lum. Et immolaverunt filios suos et filias suas demo-
niis. Et effuderunt sanguinem innocentem. sangui-
nem filiorum suorum et filiarum suarum. quos immolaverunt
sculptilibus chanaan. Et polluta est terra in sangui-
nibus. et contaminata est in operibus suis. et fornica-
ti sunt in studiis suis. Iratusque est furore dominus in
populum suum. et abhominatus est hereditatem suam. Et dedit
eos in manu gentium. et dominati sunt eorum qui oderunt
eos. Et afflixerunt eos inimici sui. et humiliati
sunt sub manu eorum. multis vicibus liberavit eos.
Ipsi vero provocaverunt in consilio suo. et humilia-
ti sunt propter iniquitates suas. Et vidit tribulatio-
nes eorum. cum exaudiret rogationem eorum. Et recor-
datus est pacti sui cum eis. et penituit eum secundum
multitudinem misericordie sue. Et dedit eos in misericordias
Ps. i. vi. coram omnibus qui ceperant eos. Salva nos domine deus
noster. et congrega nos de gentibus. ut confiteamur nomini
sancto tuo. et cantemus in laude tua. Benedictus dominus
deus israel. a seculo et usque in seculum. et dicet omnis
populus. amen. amen. alleluia. co.

Confitemini domino quoniam bonus. quoniam in eternum
Ps. c. viii. misericordia eius. Dicant qui redempti sunt a domino. quos
Is. c. lx. redemit de manu hostis. et de terris congregavit
Ier. cxx. eos. Ab oriente et occidente. ab aquilone et
Is. c. xliii. b. mari. Erraverunt in solitudine. in deserto in via.
civitatem que habitaretur non reppererunt. Esu-
rientes et sitientes. anima eorum in ipsis deficie-
Ier. xiii. bat. Et clamaverunt ad dominum in tribulatione sua.
de angustiis eorum eripuit eos. Et deduxit

illos per viam rectam. ut venirent in civitatem
habitabilem. Confiteantur domino misericordie eius. et mira-
bilia eius in filios hominum. Quia saturavit animam
vacuam. et animam esurientem implevit bonis. Ps. cxxvii.
Habitantes in tenebris et umbra mortis. et
alligatos inopia et ferro. Quia provocaverunt
sermones dei. et consilium excelsi blasphemaverunt.
Et humiliavit in labore cor eorum. ceciderunt Ps. iii.
et non erat qui adiuvaret. Et clamaverunt ad dominum
in tribulatione sua. et de angustiis eorum salva-
vit eos. Et eduxit eos de tenebris et umbra mor-
tis. et vincula eorum disrupit. Confiteantur domino mi-
sericordie eius. et mirabilia eius filiis hominum. Quia con-
trivit portas ereas. et vectes ferreos confregit.
Stultos propter viam sceleris eorum. et propter iniquita-
tes afflictos. Omnem cibum abhominata est anima eorum.
et accesserunt ad portas mortis. Et clamaverunt
ad dominum in tribulatione sua. de angustiis eorum
salvavit eos. Misit verbum suum et sanavit eos.
et salvavit de interitu eorum. Confiteantur domino
misericordie eius. et mirabilia eius in filios hominum. Et im-
molent hostias gratiarum. et narrent opera eius in la-
ude. Qui descendunt in mare in navibus. facien- Is. c. xiii.
tes opus in aquis multis. Ipsi viderunt opera
domini. et mirabilia eius in profundo. Dixit et stare
fecit ventum tempestatis. et elevavit gurgites
eius. Ascendunt in celum. et descendunt in a- Cum fluvius penetratur...
byssos. anima eorum in afflictione consumitur. Obstu-
puerunt. et moti sunt quasi ebrius. et omnis sa- I. c. xiii.
pientia eorum absorta est. Clamaverunt autem ad do- Abd. ii. u.
minum in tribulatione sua. de angustiis educet Ps. lii.
eos. Statuet turbinem in tranquillitatem. et sile-
bunt fluctus eius. Letabuntur quia quieverunt.
et deducet eos ad portum quem voluerunt. Confi-
teantur domino misericordie eius. et mirabilia eius in filios ho-
minum. Et exaltent eum in ecclesia populi. et in cathe-
dra seniorum laudent eum. Ponet flumina in I. c. xiii.
desertum. et fontes aquarum in sitim. Terram fruc- Ps. cxiii.
tiferam in salsuginem. propter malitiam habitan- Lu. i. Celatos...
tium in ea. Ponet desertum in paludes aquarum. Ps. l.
et terram inviam in fontes aquarum. Et colloca-
bit illic esurientes. et formabunt urbem
ad habitandum. Et serent agros et planta-
bunt vineas. et facient fruges genimina.
Et benedicet eis et multiplicabuntur nimis. et
pecora eorum non minuet. Imminuti sunt autem
et afflicti. propter angustiam mali et doloris. Ef-
fundet despectionem super principes. et errare
eos faciet in solitudine devia. Et sublevavit
pauperem de inopia. et ponet quasi greges
familias. Videbunt recti et letabuntur. et omnis Is. c. lvii.
iniquitas contrahet os suum. Quis sapiens et Ps. i. iiii.
custodiet hec. et intelliget misericordias domini. canticum psalmi Ib. viii.
David. Le. xi.
Paratum cor meum deus. cantabo et psallam. Ps. cii. Is. c. lx.

Confusio ... [illegible]
eterna ... [illegible]

g. c. lix. surge gloria mea. Exurge psalterium et cithara.
exurgam mane. Confitebor tibi in populis domine. et
psallam tibi in nationibus. Quia magna super celos
misericordia tua. et usque ad nubes veritas tua. Exalta-
re super celos deus. et super omnem terram gloria tua. ut li-
berentur dilecti tui. Salvum fac dextera tua et exau-
di me. Deus locutus est in sanctuario suo. gaudebo. dividam
sichem. et uallem soccoth dimetiar. Meus est ga-
laad. et meus est manasse. et effraim fortitudo capitis
mei. Iuda legifer meus. moab lebes pollutionis mee. super idu-
meam proiciam calciamentum meum. cum philistim fede-
rabor. Quis deducet me in civitatem munitam.
quis deducet me usque in idumeam. Nonne tu
deus qui proiecisti nos. et non egredieris deus in exercitibus nostris.
Da nobis auxilium in tribulatione. vana est enim salus
ab homine. In deo faciemus fortes. et ipse conculcabit
hostes nostros. Psalmus. Victori cantus David. In finem psalmus David. c.viii.

I. c. cxix. Deus laudem meam ne tacueris. quia os im-
pii et dolosi contra me apertum est. Locuti sunt de me lin-
gua mendacii. et sermonibus odii circuierunt me. et expugna-
verunt me gratis. Pro eo quod eos diligebam.
adversabantur mihi. ego autem orabam. Et posuerunt
contra me mala pro bono. et odium pro dilectione mea.
Constitue super eum impium. et satan stet a dextris
eius. Cum iudicatur exeat condemnatus. et oratio
eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci. et episcopatum eius
accipiat alter. Fiant filii eius pupilli. et uxor eius vidua.
Instabiles vagentur filii eius et mendicent. et quaerantur
in parietinis suis. Scrutetur exactor universa que
habet. et diripiant alieni labores eius. Non sit qui
eius misereatur. nec qui clemens sit in pupillos eius.
Fiat novissimum eius in interitum. in generatione altera de-
leatur nomen eius. Redeat in memoriam iniquitas patrum
eius apud dominum. et iniquitas matris eius non deleatur. Sint
contra dominum semper. et intereat de terra memoria eorum. Eo
quod non est recordatus facere misericordiam. et persecutus est in-
tum inopem et pauperem. et compunctum corde ut mor-
tificaret. Et dilexit maledictionem que veniet ei. et no-
luit benedictionem. que elongabitur ab eo. Et induit
maledictionem quasi vestimento suo. et ingredietur
quasi aqua in viscera eius. et quasi oleum in ossa eius. Sit ei
quasi pallium quo circumdatur. et quasi cingulum quo
semper accingitur. Hoc retributio his qui adversantur
mihi a domino. et qui loquuntur malum contra animam meam. Tu
autem domine deus fac mecum propter nomen tuum. quia bona est
misericordia tua. Libera me quia egenus et pauper sum. et cor
meum vulneratum est intra me. Sicut umbra cum
inclinatur abductus sum. et excussus sum quasi locusta.
Genua mea vacillaverunt a ieiunio. et caro mea
immutata est absque oleo. Et ego factus sum obprobri-
um illis. videntes me moverunt caput suum.
Adiuva me domine deus meus. salva me secundum misericordiam
tuam. Et sciant quia manus tua hec est. tu domine fe-
cisti eam. Maledicent illi. et tu benedices. qui insurgunt

et confundantur. servus autem tuus letabitur. Indu-
antur qui detrahunt mihi confusione. et operiantur quasi vesti-
mento confusione sua. Confitebor domino vehementer
in ore meo. et in medio plurimorum laudabo eum. Qui stetit
a dextris pauperis. ut salvet a iudicibus animam eius.
Dixit dominus domino meo. Canticum David. c.ix.
Sede a dextris meis. Donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuo-
rum. Virgam fortitudinis tue
emittet dominus ex syon. dominare in medio
inimicorum tuorum. Populi tui spon-
tanei erunt in die fortitudinis tue in montibus
sanctis quasi de vulva orietur tibi ros adolescentie tue.
Iuravit dominus et non penitebit. tu es sacerdos in eternum
secundum ordinem melchisedech. Dominus ad dexteram tuam
percussit in die furoris sui reges. Iudicabit in gen-
tibus implebit valles. percutiet caput in terra multa.
De torrente in via bibet propterea exaltabit caput.
Confitebor domino in toto corde meo. Alleluia. c.x.
in consilio iustorum et congregatione. magna opera
domini. Exquirenda in cunctis voluntatibus suis.
Gloria et decor opus eius. et iustitia eius perseverans semper.
Memoriam fecit mirabilium suorum. clemens et mi-
sericors dominus. Escam dedit timentibus se. Memor erit
in sempiternum pacti sui. Fortitudinem operum suo-
rum annuntiavit populo suo. ut daret illis hereditatem
gentium. Opera manuum eius veritas et iudicium. fidelia omnia
precepta eius. firmata in sempiternum in seculum. facta
in veritate et equitate. Redemptionem misit populo
suo. mandavit in eternum pactum suum. sanctum et terribile
nomen eius. Principium sapientie timor domini doctrina bona
cunctis qui faciunt eam. Laudatio eius perseverat
semper. Alleluia. c.xi.
Beatus vir qui timet dominum. in mandatis eius volet
nimis. Potens in terra erit semen eius. generatio rec-
torum benedicetur. Substantia et divitie in domo eius.
et iustitia eius perseverans semper. Orta est in tenebris
lux rectis. clemens et misericors et iustus. Bonus
vir clemens et fenerans. dispensabit verba sua in
iudicio. quia in eternum non commovebitur. In memo-
ria sempiterna erit iustus. ab auditione ma-
la non timebit. Paratum cor eius confidens in domino. con-
firmatum cor eius non timebit. donec aspiciat in hosti-
bus suis. Dispersit dedit pauperibus. iustitia eius perma-
net in eternum. cornu eius exaltabitur in gloria. Impius
videbit et irascetur. dentibus suis fremet et tabe-
scet. desiderium impiorum peribit. Alleluia. c.xii.
Laudate servi dominum. laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum. amodo et usque
in seculum. Ab ortu solis usque ad occasum eius. laudate
nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus. super celum
gloria eius. Quis ut dominus deus noster. qui in excelsis habi-
tans. et humilia respicit in celo et in terra. Susci-
tans a terra inopem. et de stercore elevans pauperem.

Marginal references (left): Io. xl. — I. c. cxxviii. — S. c. xxiiii. lxviii. — Actus. xli. — I. c. cxliii. — I. lv. — Ia. ii. — Io. xiii. — ch. v. p. xxx. — Ia. iiii. — S. c. c. — S. c. xxxiii. — Ys. xxx. — S. c. xliii.

Marginal references (right): dan. v. — [illegible] — Ch. xlii. — Ia. xii. — Io. lxxii. — Ch. xxxii. — R. iiii. xlv. — S. c. ix. — S. c. xcv. — Io. v. — I. i. — S. c. cii. — S. c. xxxi. — I. vii. — Ys. xxvii. — Io. i. — S. c. xxi. — S. c. xxxiii. — I. xxv. xxxi. xliii. — Ys. clxxiii. — S. c. xx.

Ps. 1. 1. 1. 1. 1.

Vt cū sedere faciat cum pnpib; cū pncib
b; ip̄ suis. Qui collocat sterilē in domo. matrē
filiorū letantē. alla. cix.

Qum egrediēt israel de egypto. domū iacob de
ꝑplo barbaro. Facta est iudea in sanctificatio
ēē. israel potestas eē. Mare vidit & fugit. iordanis
conversus est retrorsū. Montes exultaverūt sicut
arietes. colles sicut filii ouium. Quid est tibi mare quod
fugisti. iordanis quia conversus es retrorsū. Montes
exultastis sicut arietes. colles sicut filii ouium. A facie
domini mota est terra. a facie dei iacob. Qui con
vertit petram in stagna aquarū. & rupem in fontes
aquarū. Non nobis domine. non nobis. sed nomini tuo da gloriam.

Ps. cxl. 2. c. xv.

Propter misericordiam tuam & veritatem tuam. ne dicant gentes
ubi est deus eorū. Deus autem noster in celo. omnia quecumque
voluit fecit. Simulacra gentium argentum & aurum.
opera manuum hominum. Os habent & non loquēt. oculos habent
& non videbunt. Aures habent & non audiēt. nares habent &
non odorabunt. Manus habent & non palpabunt. pedes habent &
non ambulabunt. Non habent sonum in gutture suo. Similes illis
fiant. qui facunt ea. & omnes qui confidunt in eis. Israel sperauit
in domino. adiutor. et protector eorū est. Domus
aaron sperauit in domino. adiutor. et protector eorū est. Timentes
dominum sperauerunt in domino. adiutor. et protector eorū
est. Dominus memor fuit nostri. benedicet. benedicet domui
israel. benedicet domui aaron. benedicet timentibus
dominum. pusillis & magnis. Adiecit dominus super nos. super
nos. & super filios nostros. Benedicti vos a domino qui fecit
celum & terram. Celum celi domino. terram autem dedit
filiis hominum. Non mortui laudabunt dominum. nec
omnes qui descendunt in infernum. Sed nos benedicimus
domino. amodo usque in sempiternum. alla. cix.

Ps. xlv. 2. c. xv. Ba. i.

Diligo quoniam audiet dominus vocem orationis
meae. Inclinauit enim aurem suam mihi. & in die
bus meis inuocabo. Circumdederunt me gemitus mor
tis. & perculi sunt in angustia inuenerunt me. Angustia
tam & dolore inuenerunt me. Et nomen domini inuocauimus. Ob
secro domine. libera animam meam. & eripe eam. & dolentes. & iustus. &
deus noster miseretur. Custodiens parvulos dominus. humilia
tus sum. & liberauit me. Reuertere anima mea in
requiem tuam. quia dominus retribuit tibi. Quia eruit animam
meam de morte. oculos meos a lacrimis. pedes meos
ab offensione. ambulabo coram domino in terra viuentium
mihi. alla. cix.

Ps. xl. 2. c. xi.

Credidi propter quod locutus sum. ego autem humiliatus
sum nimis. Ego dixi in excessu meo. omis homo
mendax. Quid retribuam domino pro omnibus quae
retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam. & no
men domini inuocabo. Votum meum reddam coram omni
populo eius. Gloria in conspectu domini mors sanctorum eius. O
domine quia ego seruus tuus. ego seruus tuus. filius ancille tue. Dirupisti vinculum meum.
tibi immolabo hostiam laudis. & in nomine domini inuocabo.
Votum meum domino reddam in conspectu omnis populi eius. in
atrijs domus domini in medio tui hierusalem. alla. cix.

Ps. cxl. 2. c. xxxi. b.

Laudate dominum omnes gentes. laudate eum omnes
populi. Quia confirmata est super nos misericordia eius.
& veritas domini manet in eternum. alla. cix.

Ps. cxl. 2. c. xxxiv.

Confitemini domino quoniam bonus. quoniam in eternum misericordia
eius. Dicat nunc israel. quoniam in eternum misericordia eius. Dicant nunc
domus aaron. quoniam in eternum misericordia eius. Dicant nunc
qui timent dominum. quoniam in eternum misericordia eius. Cum tribu
larer inuocauit dominum. & exaudiuit me in lan
titudine dominus. Dominus mecum est. non timebo quid faciat
mihi homo. Dominus mihi adiutor. & ego despiciam
inimicos meos. Melius est sperare in domino. quam sperare
in homine. Melius est sperare in domino. quam sperare in pn
cipibus. Omnes gentes circumdederunt me. & in nomine domini
vltus sum eos. Circumdederunt me. & obsederunt
me. et in nomine domini vltus sum eos. Circumde
derunt me sicut apes. & exarserunt sicut ignis spinarum. & in nomine domini vltus sum eos. Impulsus
sum pellebar ut cadam. & dominus suscepit me.

Ps. cxl. 2. c. xxxvi.

Fortitudo mea. laudatio mea dominus. & factus est
mihi in salutem. Vox laudis. & salutis. in tabernaculis
iustorum. Dextera domini fecit virtutem. Dextera
domini exaltauit me. dextera domini fecit virtutem. Non mo
riar sed viuam. & narrabo opera domini. Castigans castigauit
me dominus. & morti non tradidit me. Aperite mihi
portas iustitiae. ingressus in eas. confitebor domino.
hec porta domini. iusti intrabunt per eam. Confitebor
tibi quoniam exaudisti me. & factus es mihi in salutem. Lapis
quem reprobauerunt edificantes. factus est in caput
anguli. a domino factum est istud. hoc est mirabile in oculis
nostris. Hec est dies quam fecit dominus. exultemus & le
temur in ea. Obsecro domine salua obsecro. obsecro
domine. prosperare. Benedictus qui venit in nomine
domini. Benediximus vobis de domo domini. deus dominus & apparuit nobis. Fiesta
mente sollemnitatem in frondibus. usque ad cornu altaris. Deus meus es tu. & confitebor tibi.
Deus meus es tu. & exaltabo te. Confitebor tibi
domine quoniam bonus. quoniam in eternum misericordia eius. alla. alepb.

Ps. xcix. 2. c. v. c.

Beati immaculati in via. qui ambulant
in lege domini. Beati qui custodiunt testi
monia eius. in toto corde exquirunt eum. Nec enim
qui operantur iniquitatem. in viis eius ambulauerunt.
Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinam dirigantur viae meae. ad custo
diendas iustificationes tuas. Tunc non confundar. cum
respexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in
directione cordis. cum didicero iudicia iusti
tiae tuae. Iustificationes tuas custodiam. ne derelinquas me
usque nimis. Beth.

Ps. cxl. 2. c. xxxi. b. 2. c. xxxiv. 2. c. xxxvi. Ps. lxvii. Ps. lxxiii. 2. c. xxxi. Ps. cxvi. Ps. cxvii. Ps. cxvii. Ps. xxii. Ps. lxxxi. Ps. cxvi. 2. c. xxxi. 2. c. xcvi. 2. c. l. lxvi. 2. c. xlvi. 2. c. xlvi. 2. c. xlvi. 2. c. xlvi. 2. c. xlvi. 2. c. xlvi. 2. c. xlvi. 2. c. xlvi. 2. c. xlvi.

In quo corrigit iuuenis semitam suam.
cum custodierit sermones tuos. In toto corde
meo exquisiui te. ne errare me fecisti a man
datis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua.
ut non peccem tibi. Benedictus es domine. doce me pre

ad̄ie. xxxix. p.

cepta tua. In labiis mis. narraui omia
iudicia oris tui. In uia testimoniorum
tuorum delectatus sum. sicut in omnibus diuitiis.
In preceptis tuis meditabor. et considerabo
semitas tuas. In iustificationibus tuis delectabor.
non obliuiscar sermones tuos. Gimel.

Retribue seruo tuo. uiuam. et custodiam sermones
tuos. Reuela oculos meos. et considerabo mirabilia
de lege tua. Aduena ego sum in terra. ne
abscondas a me mandata tua. Desiderauit
anima mea desiderare iudicia tua omni tempore.
Increpasti superbos. maledicti qui declinant
a mandatis tuis. Aufer a me opprobrium et
contemptum. quia testimonia tua scrutatus sum.

S. c. xxxvii.
ps. iv.

Et enim sederunt principes. aduersum me loque
bantur. seruus autem tuus meditabatur in preceptis
tuis. Nam testimonia tua meditatio mea est. et
consilium meum. Deleth.

T. c. xiii. xxii.

Adhesit pauimento anima mea. uiuifica me secundum
uerbum tuum. Vias meas enarrauimus. et exaudisti
me. doce me iustificationes tuas. Viam preceptorum
tuorum fac me intelligere. et laborabo in mirabi
libus tuis. Dormitauit anima mea pre tedio. con
firma me in eloquiis tuis. Viam iniquitatis
aufer a me. et de lege tua dona mihi. Viam fidei
elegi. iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimo
niis tuis domine. ne confundas me. Viam mandato
rum tuorum cucurri. cum dilatasti cor meum. He.

cit. xlii.
dn. i.
p. xxiii.

Ostende mihi domine viam preceptorum tuorum.
et custodiam eam per uestigium. Da mihi intellectum.
et scrutabor legem tuam. et custodiam eam in to
to corde. Deduc me in semita mandatorum tu
orum. quia ipsam uolui. Inclina cor meum ad te
stimonia tua. et non ad auaritiam. Auerte oculos
meos ne uideant uanitatem. in uia tua uiui
fica me. Suscita seruo tuo eloquium tuum.
in timore tuo. Auerte opprobrium meum quod timui
sum. quia iudicia tua iocunda. Ecce concupiui pre
cepta tua. in iustitia tua uiuifica me. Vau.

S. c. lxx.

Et ueniant mihi misericordie tue domine. et salutare
tuum secundum eloquium tuum. Et respondebo exprobran
tibus mihi sermonem. quia speraui in sermone tuo. Et
ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usque quaque
nimis. quia in iudicia tua exspectauimus. Et custodiam
legem tuam iugiter. in sempiternum et in sempiternum. Et am
bulabam in spacioso. quia precepta tua exquisiui.
Et loquebar in testimoniis tuis coram regibus.
et non confundebar. Et delectabor in mandatis tuis.
quae dilexi. Et leuabo manus meas ad mandata
tua quae dilexi. et exercebor in iustificationibus tuis. Zayn

S. c. gimel.

Memento sermonis tui seruo tuo. cui me spe
rasti. Hoc est solatium meum in humilitate
mea. quia eloquium tuum uiuificauit me. Superbi
deriserunt me nimis. a lege tua non declinauimus.

Recordatus sum iudiciorum tuorum a sculo domine. et con
solatus sum. Horror obtinuit me. a peccatoribus.
qui derelinquunt legem tuam. Carmina erant
mihi precepta tua. in domo peregrinationis mee.
Recordatus sum in nocte nominis tui domine. et custo
diui legem tuam. Hoc factum est mihi. quia precepta tua
exercui. Heth.

ps. cxi.

Portio mea domine. dixi ut custodiam
uerba tua. Deprecatus sum faciem tuam in toto
corde meo. miserere mihi secundum eloquium tuum. Et
cogitauimus uias meas. et direxi pedes meos. ad testi
monia tua. Festinauit et non distulit. ut custodiam mandata
tua. Funiculi peccatorum circumplicati sunt mihi. et
legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad con
fitendum tibi super iudicia iustitie tue. Particeps
ego sum omnium timentium te. et custodien
tium precepta tua. Misericordia tua domine plena est terra. pre
cepta tua docce me. Theth.

ps. xxxiii.
Iu. v.

Benefecisti seruo tuo domine. secundum uerbum tu
um. Bonitatem sensum et scientiam doce me.
quia mandatis tuis credidi. Ante quam humiliarer ego delinquebam.
propter hoc eloquium tuum custodiui. Bonus es tu. et benefacis. doce
me precepta tua. Multiplicauerunt super me iniquitates superbi. ego autem in toto corde seruabo precepta
tua. Incrassatum est ut lac cor eorum. ego autem legem tuam meditatus sum. Bonum mihi quod humiliasti me.
ut discam iustificationes tuas. Melior mihi est lex oris tui. super milia auri et argenti. Joth.

S. c. xxviii.
S. c. xv.
T. c. xxxvi.

Manus tue fecerunt me. et plasmauerunt me. da mihi intellectum. et discam mandata tua. Qui timent te. videbunt me. et letabuntur. quia super
uerba tua sperauimus. Scio domine quia iustum iudicium tuum. et in ueritate humiliasti me. Fiat misericordia tua ut consolentur me. secundum eloquium tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tue. et uiuam. quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi. quia iniquitate contriuerunt me. ego autem meditabor in mandatis tuis. Reuertantur mihi timentes te. et qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum perfectum in iustificationibus tuis. ut non confundar. Caph.

S. c. xlviii.
S. c. xlv.
S. c. xlvi.

Defecit in salutare tuum anima mea. in uerbum
tuum sperauimus. Defecerunt oculi mei in eloquium
tuum. dicentes quando consolabis me. Et cum factus fuero sicut uter in fumo. iustificationes tuas non
sum oblitus. Quot sunt dies seruitutis mei. quando facis de persequentibus me iudicium. Foderunt mihi
superbi foueas. quae non sunt secundum legem tuam. Omnia mandata tua ueritas. iniquos persecuti sunt
me. adiuua me. Paulo minus consumpserunt me in terra. ego autem non dimisi precepta tua. Secundum misericordiam tuam uiuificabis me. et custodiam
testimonia oris tui. Lamech.

T. c. xlvi.
S. c. xxx.
S. c. xxxviii.
S. c. xlvi.

Lucernam pedibus meis uerbum tuum. et lumen semitis meis. Iuraui et statui custodire iudicia iustitie tue. Humiliatus sum usque
quaque domine. uiuifica me secundum uerbum tuum. Benepla
cita fac domine uoluntaria oris mei. et iudicia tua docce me. Anima mea in manibus meis semper. et legem tuam non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi. et de mandatis tuis non erraui. Hereditate
mihi testimonia tua in eternum. quia exultatio cordis mei sunt. Inclinauit cor meum ut faciam iustificationes tuas in eternum. propter retributionem. Iniquos odio habui. et legem tua dilexi. Adiutor meus et susceptor meus es tu. et in uerbum tuum speraui. Declinate a me maligni. et scrutabor mandata dei mei. Suscipe me secundum eloquium tuum. et uiuam. et non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me. et salua ero. et meditabor in iustificationes tuas semper. Spernisti omnes
recedentes a iustificationibus tuis. quia iniquum cogitatus est. Prauaricantes reputauisti omnes peccatores terre. ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas. a iudiciis enim timui. Fecisti iudicium et iustitiam. non tradas me calumniantibus mihi. Suscipe seruum tuum in bonum. non calumniantur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum. et in eloquium iustitie tue. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. et iustificationes tuas docce me. Seruus tuus sum ego. da mihi intellectum. ut sciam testimonia tua. Tempus faciendi domino. dissipauerunt legem tuam. Propter hoc dilexi mandata tua super aurum et topazion. Propter hoc omnia mandata tua dirigebam. omnem uiam iniquam odio habui. Mirabilia testimonia tua. propter hoc scrutata est ea anima mea. Ostium uerborum tuorum illuminat. et intellectum dat parulis. Os meum aperui et attraxi spiritum. quia mandata tua desiderabam. Aspice in me. et miserere mihi secundum iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. et non dominetur mihi omnis iniquitas. Redime me de calumnia hominum. et custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super seruum tuum. et docce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. quia non custodierunt legem tuam. Iustus es domine. et rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua. et fidelitatem tuam nimis. Tabescere fecit me zelus meus. quia obliti sunt uerba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum uehementer. et seruus tuus dilexit eum. Adolescentulus sum ego et contemptibilis. iustitias tuas non obliuiscor. Iustitia tua iustitia in eternum. et lex tua ueritas. Tribulatio et angustia inuenerunt me. mandata tua meditatio mea est. Iustitia testimonia tua in eternum. da mihi intellectum. et uiuam. Clamauit in toto corde meo. exaudi me domine. iustificationes tuas requiram. Clamauit ad te. saluum me fac. et custodiam testimonia tua. Preuenerunt in maturitate. et clamauit in uerba tua sperauit. Obuiauerunt uigilias. ad te clamauit. in uerba tua sperauit. Mane. et in meditatione tua. Ad te. audiuit uocem meam. secundum misericordiam tuam. Domine. sicut iudicium tuum. Appropinquauerunt persecutores mei. iniquitate longe facti sunt a lege tua. Prope es tu domine. et omnes uie tue ueritas. Initio cognoui de testimoniis tuis. quia in eternum fundasti eas. Mem.

ps. cxi.
ps. xxxi.
Ni. lii.
ps. xi. xx. xxi.

terram et stat. iudicia tua stant usque hodie quia omnia serviunt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea. forte periissem in pressura mea. In eternum non obliviscar preceptorum tuorum quia in ipsis vivificasti me. Tuus sum ego salvum me fac quoniam precepta tua quesivi. Me expectaverunt impii ut perderent me. testimonium tuum considerabo. Omnis consummationis vidi finem. latum preceptum tuum nimis. MEM.

Quomodo dilexi legem tuam. tota die meditatio mea. Super inimicos meos instruxisti me mandato tuo. quia in sempiternum hoc est michi. Super omnes qui docebant me eruditus sum. quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi. quia precepta tua servavi. Ab omni semita mala prohibui pedes meos. ut custodiam verba tua. A iudiciis tuis non recessi. quia tu illuminasti me. Quam dulce gutturi meo eloquium tuum. super mel ori meo. Precepta tua considerabam, propterea odivi omnem semitam mendacii. NUN.

Lucerna pedi meo verbum tuum. et lux semite mee. Iuravi et perseverabo. ut custodiam iudicia iustitie tue. Afflictus sum usque nimis domine. vivifica me iuxta verbum tuum. Voluntaria oris mei complaceant tibi domine. et secundum iudicia tua doce me. Anima mea in manu mea semper. et legis tue non sum oblitus. Posuerunt impii laqueum michi. et a preceptis tuis non aberravi. Hereditas mea testimonia tua in sempiternum. quia gaudium cordis mei sunt. Inclinavi cor meum ut facerem iustificationes tuas. propter eternam retributionem. SAMECH.

Tumultuosos odi. et legem tuam dilexi. Protectio mea et scutum meum tu es. in verbum tuum expectavi. Recedite a me maligni. et custodiam mandata dei mei. Confirma me secundum verbum tuum et vivam. et noli me confundere ab expectatione mea. Auxiliare michi et salvus ero. et delectabor in preceptis tuis iugiter. Abiecisti omnes qui ignorant precepta tua. quia mendax cogitatio eorum. Quasi scoriam computasti omnes impios terre. propterea dilexi testimonia tua. Horripilavit a timore tuo caro mea. et iudicia tua timui. AIN.

Feci iudicium et iustitiam. ne derelinquas me his qui calumpniantur me. Sponde pro servo tuo in bonum. ne calumpnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum. et in eloquium iustitie tue. Fac cum servo tuo iuxta misericordiam tuam. et precepta tua doce me. Servus tuus ego. instrue me. et cognoscam testimonia tua. Tempus est ut facias domine. prevaricati sunt legem tuam. Propterea dilexi mandata tua. super aurum et topazion. Propterea universa precepta tua direxi. omnem semitam mendacii odio habui. PHE.

Mirabilia testimonia tua. ideo custodivit ea anima mea. Ostium sermonum tuorum lucidum. docet parvulos. Os meum aperui et respiravi. quia mandata tua desiderabam. Respice ad me et miserere mei. iuxta iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos firma in sermone tuo. et ne des potestatem in me omni iniquitati. Redime me a calumpniis hominum. ut custodiam precepta tua. Vultum tuum ostende servo tuo. et doce me precepta tua. Rivi aquarum fluxerunt de oculis meis. quia non custodierunt legem tuam. SADE.

Iustus es domine. et rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonii tui. et veritatem tuam nimis. Consumpsit me zelus meus. quia obliti sunt verborum tuorum hostes mei. Probatus sermo tuus nimis. et servus tuus dilexit illud. Parvulus ego sum et contemptibilis. sed precepta tua non sum oblitus. Iustitia tua iustitia sempiterna. et lex tua veritas. Tribulatio et angustia invenerunt me. mandata tua voluptas mea. Iusta testimonia tua semper. doce me et vivam. COPH.

Clamavi in toto corde exaudi me domine. precepta tua custodiam. Invocavi te salvum me fac. et custodiam testimonia tua. Surgebam adhuc in tenebris et clamabam. verbum tuum expectans. Preveniebant oculi mei vigilias. ut meditarer in sermonibus tuis. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine. secundum iudicium tuum vivifica me. Appropinquaverunt persecutores mei sceleri. et a lege tua procul facti sunt. Prope es tu domine. et omnia mandata tua veritas. A principio novi de testimoniis tuis. quia in eternum fundasti ea. RES.

Vide afflictionem meam. et eripe me. quia legis tue non sum oblitus. Iudica causam meam et redime me. in sermone tuo vivifica me. Longe ab impiis salus. quia precepta tua non quesierunt. Misericordie tue multe domine. iuxta iudicia tua vivifica me. Multi qui persequuntur me et affligunt me. a testimoniis tuis non declinavi. Vidi prevaricatores et merebam. quia verbum tuum non custodierunt. Vide quoniam precepta tua dilexi domine. iuxta misericordiam tuam vivifica me. Caput verborum tuorum veritas. et in sempiternum omne iudicium iustitie tue. SIN.

Principes persecuti sunt me sine causa. verba autem tua timuit cor meum. Gaudens ego sum in eloquio tuo. sicut qui invenit spolia multa. Mendacium odio habui et detestatus sum. legem autem tuam dilexi. Septies in die laudavi te. super iudiciis iustitie tue. Pax multa diligentibus legem tuam. et non est illis scandalum. Ex

In aspectu videns potentes manipulos ... qui seminant ... in cantico graduum ... apparet implenti ... vere gaudere ... sedendi est ... post surgam ... sequens ... iter ... quos congrere ... peccatorum super dorsum ...

Jo. i. iii.
P. xviii. xxxiii.

peccatum salutare tuum domine et mandata tua
feci. Custodivit anima mea testimonia tua et di-
lexit ea vehementer. Servavi precepta tua et testimo-
nia tua quia omnes vie mee in conspectu tuo. tav.
Ingrediatur laus mea coram te domine secundum verbum
tuum doce me. Veniat deprecatio mea ante vultum
tuum secundum eloquium tuum libera me. Fundant labia
mea hymnum cum docueris me precepta tua. Loquetur
lingua mea sermonem tuum quia omnia mandata tua
iusticia. Sit manus tua auxiliatrix mea quia precepta tua
elegi. Desideravi salutare tuum domine et lex tua
voluptas mea. Vivet anima mea et laudabit te et
iudicia tua auxiliabuntur mihi. Erravi sicut ovis que per-
iit quere servum tuum quia mandatorum tuorum non sum
oblitus. Cant. graduum. i. cix.
Ad dominum in tribulatione mea clamavi et exaudi-
vit me. Domine libera animam meam a labiis iniquis
et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute
cum carbonibus desolatoriis. Heu mihi quia peregrinatio
mea prolongata est habitavi cum tabernaculis cedar,
multum peregrinata est anima mea. Cum odientibus pacem
ego pacificus loquebar et illi bellabant. Cant. gr.
Levavi oculos meos in montes unde veniet c7.
auxilium mihi. Auxilium meum a domino factore celi
et terre. Non det in commotionem pedem tuum neque dor-
mitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neque dor-
miet qui custodit israel. Dominus custodit te dominus protec-
tio tua super manum dexteram tuam. Per diem sol
non uret te neque luna per noctem. Dominus custodiet
te ab omni malo custodiat animam tuam dominus. Dominus cu-
stodiat exitum tuum et introitum tuum amodo et usque
in eternum. Cant. gr. 3. c71.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ib-
imus. Stantes erant pedes nostri in portis tu-
is ierusalem. Ierusalem que edificatur ut civitas cu-
ius participatio eius in idipsum. Quia illuc ascenderunt
tribus tribus domini testimonium israel ad confitendum
nomini domini. Quia ibi sederunt sedes in iudicio sedes
domui david. Rogate pacem ierusalem et bonis his qui di-
ligunt te. Sit pax in muris tuis et habundantia in
domibus tuis. Propter fratres meos et amicos meos loque-
bar pacem de te. Propter domum domini dei nostri quesivi bona tibi.
Ad te levavi oculos meos qui habitas Cant. gr. 4. c72.
in celis. Ecce sicut oculi servorum ad ma-
num dominorum suorum. Sicut oculi ancille ad manum do-
mine sue sic oculi nostri ad dominum deum nostrum donec mi-
sereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri quia mul-
tum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est
anima nostra opprobrium habundantibus et despectione super-
bis. Cant. gr. 4. c73.
Nisi dominus fuisset in nobis dicat nunc israel nisi
dominus fuisset in nobis. Cum exurgerent homines
in nos forsitan vivos absorbuissent nos. Cum
irasceretur furor super nos eorum forsitan aqua atra
absorbuisset nos. Torrentem pertransivit anima nostra.
Forsitan pertransisset super animam nostram aquam insuperabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem den-
tibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo ve-
nantium. Laqueus contritus est et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram.
Qui confidunt in domino sicut mons Cant. gr. 6. c74.
syon non commovebitur in eternum qui habitat in ierusalem.
Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc
et usque in eternum. Quia non requiescet virga
impietatis super sortem iustorum ut non mittant
iusti in iniquitatem manus suas. Benefac domine bo-
nis et rectis corde. Qui autem declinant ad pravi-
tates suas deducet dominus eos cum his qui operantur
iniquitatem pax super israel. Cant. gr. 8. c7[4]
Cum averteret dominus captivitatem syon facti su-
mus qui somniantes. Tunc impletum est gaudio
os nostrum et lingua nostra laude. Tunc dicent in
gentibus magnificavit dominus facere cum istis. Magni-
ficavit dominus facere nobiscum facti sumus letan-
tes. Converte domine captivitatem nostram sicut ri-
vus in austro. Qui seminant in lacrimis in
exultatione metent. Qui ambulabant ibant et fle-
bant portantes ad seminandum semina. Venientes ve-
nient in exultatione portantes manipulos suos.
Nisi dominus edificaverit domum Cant. gr. 8. c75.
in vanum laboraverunt qui edificant eam. Nisi
dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui
custodit eam. Frustra est vobis de mane surgere.
surgite postquam sederitis qui manducatis panem
doloris. Sic dabit diligentibus se somnum. ecce he-
reditas domini filii merces fructus ventris. Sicut sagitte
in manu potentis ita filii iuventutis. Beatus
vir qui implevit pharetram suam ex ipsis non confun-
detur cum loquetur inimicis suis in porta.
Beati omnes qui timent dominum qui ambulant Cant.
in viis eius. Labores manuum tuarum quia gr. 9. c77.
comedis beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut
vitis fructifera in lateribus domus tue.
Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu
mense tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum.
Benedicat te dominus ex syon et videas bona ierusalem
omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tu-
orum pacem super israel. Cant. gr. ix. c78.
Sepe expugnaverunt me a adolescentia mea,
dicat nunc israel. Sepe expugnaverunt me ab a-
dolescentia mea etenim non potuerunt mihi. Super cervicem
meam araverunt aratores, prolongaverunt sulcum
suum. Dominus iustus concidet laqueos impiorum. Con-
fundantur et revertantur retrorsum omnes qui oderunt sy-
on. Fiant sicut fenum tectorum quod statim ut viru-
erit arescit. De quo non implebit manum suam
messor et sinum suum manipulum faciens. Neque

Pa. ii. x.
Ge. xxx.
Ys. lxviii.
Je. lx. lxxv.
Je. e. xxiii.
Ys. viii.
Je. xlv.
Je. xliii.
Je. xxxv. Lide.
Ez. xxiii.
Ab. xix.
Ab. ii.
Ez. v.
Ab. iii.
Ab. xl. c70
Je. e. xli.
Ys. xxvi.
Je. e. xxxi.
Je. e. xxxiii.
Ys. ed.

Ez. lxviii.
Le. xvi.
Ab. xx.
Ys. xxii. et ced. 5.
lxvii.
iiii.
Ys. clvi.
Iob. x.
Ys. xiii.
Je. e. cxix.
Ys. ce. xxx. f.
Ez. xx.
Je. xiii.
Je. xii. xlvi.
Je. e. xxxiv. xiii. 173.
Ab. xxx.
Is. xlvii.
Ez. xxxviii.
Ez. xxxviii.
Te. x.
Ez. vi.
Ez. viii.
Je. e. xxx. xciii. 1. 73.

ñ diuerunt ñ seuientes bñdicētō dñi. sup uos.
hereditatem preclarissimam exercituum gentium. et dixi.
Patrem uocabis me. et post me ingredi non ces
sabis. Sicut quomodo si contemptus est mulier
amatorem suum: sic contempsit me
domus israel. dicit dominus. Vox in uia audita
est ploratus ululatus filiorum israel. quia iniquam
fecerunt uiam suam. obliti sunt dominum deum
suum. Conuertimini filii reuertentes. et sanabo
auersiones uestras. Ecce nos uenimus ad te. tu
es enim dominus deus noster. Vere mendacium erant colles.

multitudo montium. Vere in domino deo nostro salus
israel. confusio comedit labores patrum nostrorum ab
adolescentia nostra. Greges eorum. et armenta eorum. fi
lios eorum. et filias eorum. Dormiemus in confusi
one nostra. et operiet nos ignominia nostra. Quia de
mino deo nostro peccauimus nos. et patres nostri ab
adolescentia nostra usque ad hunc diem. et non au
diuimus uocem domini dei nostri. Si conuertis
israel. ait dominus ad me conuertere. Si abstulerit
offendicula tua a facie mea non commouebo
te. et iurabit uiuit dominus in ueritate. et in iudicio.
et iustitia. benedicent eum gentes. et in ipso
laudabuntur. Et enim dixit dominus uiro
iuda. et hierusalem. nouate uobis nouale.
et nolite serere super spinas. Circumcidimini
domino. auferte preputia cordium uestrorum. uiri iude
et hierusalem: ne forte egrediatur
ut ignis indignatio mea. et succendatur. et
non sit qui extinguat. propter malitiam cogitationum
uestrarum. Annunciate in iuda. et in hierusalem au
dium facite. loquimini. et canite tuba in
terra. Clamate fortiter. dicite. Congregami
ni. et ingredimini ciuitates munitas. leua
te signum in sion. confortamini. nolite stare
quia malum ego adduco ab aquilone et
contritionem magnam. Ascendit leo de cubi
li suo: et predo gentium se leuauit. Egressus est
de loco suo. ut ponat terram tuam in desola
tionem. Ciuitates euastabuntur. remanen
tes absque habitatore. Super hoc accingite uos. et
ululate plangite. et ululate quia non est auersa
ira furoris domini a uobis. Et erit in die illa di
cit dominus. perdet cor regis. et cor principum
et obstupescent sacerdotes. et prophete consta
buntur. Et dixi. Heu heu heu domine deus. Er
go nec decepisti populum istum. et hierusalem dicens.
pax erit uobis. et ecce pertingit gladius usque
ad animam. In tempore illo dicetur populo huic et
hierusalem. uentus urens in uiis que sunt in deserto
uia filie populi mei non ad uentilandum. nec ad pur
gandum. ipse plenius ex his ueniet mihi. nunc
ego sedebo. et iudicia mea cum eis. Ecce quasi
nubes ascendet. et quasi tempestas currus eius.
velociores aquilis equi eius. Ue nobis quia
uastati sumus. Lauabo a malitia cor tuum ie
rusalem. ut salua fias. Vsque quo manebunt
in te cogitationes nocue? Vox enim annuntiantis
a dan. et nostium faciens ex monte ephraim. dicite
ciuitatibus. concitate gentes. ecce audiuit
hierusalem. custodes uenire de terra longinqua.
et dabunt super ciuitates iuda uocem suam. qui
custodes agrorum fuerunt super eam in gyro.
me ad me dicit. propterea quia dominum deum tuum et
cogitationes tuas fecerunt tibi. ista malitia tua
quia amara quia tetigit cor tuum. Ventrem meum

dolco. uentre meu dolco. lenlul cordis mei
conturbat sunt in me: non tacebo. quia uocem
buccine audiuit anima mea. clamorem pliu
contra contritionem uocata est. et uastata
est omnis terra. Repente uastata sunt tabernacula mea: subito pelles meae: usque quo
lo fugiemus. audiam uocem buccine. quia stul
tus populus meus me non cognouit. filii in
sipientes sunt. et uecordes. sapientes sunt
ut faciant mala. bona autem facere nescierunt. Ad
spexi terram: et ecce uacua erat. et nihil.
et celos: et non erat lux in eis. Vidi montes. et
ecce mouebantur. et omnes colles conturbati
sunt. Inuitus sunt. et ecce non erat homo.
et omne uolatile celi recessit. Aspexi. et ecce
carmelus desertus. et omnes urbes eius destrue
te sunt a facie domini. et a facie ire furoris
eius. hec enim dicit dominus. deserta erit omnis
terra. sed tamen consummationem non faciam. luge
bit terra. et metebunt celi desuper. eo quod locutus
sum. cogitauit. et non penitebit me. nec auertar
ab eo. a uoce equitis. et iaculatoris fugit
tota ciuitas. fugit omnis ciuitas. ingressi sunt ne
mora. et ascenderunt rupes. deuastate sunt ciui
tates: non habitat in eis homo. Tu autem uasta
tus quid facies: cum uestieris te coccino. et
ornata fueris monili aureo. et pinxeris pulchro
oculos tuos frustra componis. Contemnent te
amatores tui. animam tuam querent. audiui enim
quasi parturientis audiui. angustiam quasi
parturientis. uox filie syon inter mouentis. expan
dentis ad manus suas. ve mihi quia defecit anima
mea. propter interfectos. Circuite uias eius. et
aspicite et considerate. et quirite plateis eius.
An inuenietis uirum facientem iudicium. et que
rentem fidem. et propitius ero ei. Si etiam uiuentes
dominum dicent. et hoc falso iurabunt. Domine
oculi tui respiciunt fidem. percussisti eos. et non do
luerunt. attrisasti eos. renuerunt accipere disci
plinam. indurauerunt facies suas super petram
et noluerunt redire. Ego autem dixi. forsitan pau
peres sunt. et stulti. ignorant enim uiam domini
iudicium dei sui. Ibo igitur ad optimates. et loqui
eis. ipsi autem cognouerunt uiam domini iudicium
dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt
iugum. ruperunt uincula. Ideo percussit
eos leo de silua. lupus ad uespam uastabit
eos. pardus uigilans super ciuitates eorum. omnis
qui egressus fuerit de eis capietur. quia multi
plicate sunt auersiones eorum. confortate sunt
aduersiones eorum. super quo pacificabo te de hoc. filii
tui dereliquerunt me. et iurauerunt in eis qui non
sunt dii. Saturauit eos. et mechati sunt. et in domo
meretricis luxuriabantur. equi amatores
feminas. et emissarii factisunt. uniuscuiusque

ad uxorem proximi sui hinnierunt. Numquid
super his non uisitabo dicit dominus. et in gente
tali non ulciscetur anima mea? ascendite murus
eius. et dissipate consummationem. auferte palmites
eius quia non sunt domini. quia ablatione enim translata est in me
domus israel et domus iuda. aut dicit dominum. negauerunt
dominum. et dixerunt non est ipse. nec ueniet super
nos malum. gladium et famem non uidebimus.
prophete fuerunt in uentum locuti. et responsum non est in eis. hec ergo euenient illis. Sic
dicit dominus deus exercituum. quia locuti estis uerbum istud. Ecce ego do uerba mea in ore tuo
in ignem. et populum istum lignum. et uorabit
eos. Ecce ego adducam super uos gentem de
longinquo domus israel dicit dominus. Gentem
robustam: gentem antiquam. gentem cuius
ignorabis linguam: non intelliges quid loqui
tur. pharetra eius quasi sepulcrum patens. uniu
uersi sunt. et comedent segetes tuas. et panem
tuum. deuorabit filios tuos. et filias tuas. Co
medent gregem tuum. et armenta tua. Comedet
uineam tuam. et ficum tuam. et conterent ur
bes munitas tuas. uestras in quibus habes
fiducam gladio. Verumtamen in diebus illis
ait dominus non faciam uos in consummatio
nem. Et si dixerit quis quare fecit dominus deus nostr hec
omnia? dicet ad eos. Sicut dereliquistis me
et seruistis deo alieno in terra uestra. sic seruie
tis alienis in terra non uestra. Annuntiate hoc do
mui iacob. et auditum facite in iuda dicentes.
audite hoc populus stultus. qui habet oculos. et non uidet.
et aures. et non audit: nec ergo
timebitis ait dominus. et a facie mea non dole
bitis. qui posui arenam terminum maris. pre
ceptum sempiternum. quod non preterbit. et commo
uebuntur. et non poterunt. et uorabunt eos fluc
tus eius. et non transibunt illud. propter hoc
populus huic factus est cor incredulum et exasperans
et recesserunt. et abierunt. et non dixerunt in corde
suo. metuamus dominum deum nostrum. qui dat plu
uiam temporaneam et serotinam in tempore
suo. plenitudinem annue messis custodiens
nobis. Iniquitates uestre declinauerunt hec.
et peccata uestra prohibuerunt bonum a uobis. qui
uenti sunt in populo meo impii. insidiantes qui
aucupes. et laqueos ponentes. et pedicas ad capi
endos uiros. sicut decipula plena auibus.
sic domus eorum plene dolo. ideo magnificati
sunt. et ditati. pinguati sunt. et uaslati. et
preterierunt sermones meos pessime. causam
iudice non iudicauerunt. causam pupilli non
direxerunt. et iudicium pauperum non iudica
uerunt. Numquid super his non uisitabo dicit
dominus: aut super gente huiuscemodi

si ulla esset. ita mea. Saepe enim mirabilia fa-
cta sunt in ira. ppter quae paenitentiam mendacium
et iniquitatem. applaudent manibus suis et
ppter meae delicta talia. Quid igitur fiet
in nouissimo eius. Conferamus filios eius
iam in medio terrae. et deducta eos gladio
bucinae. et super terrae eius nouissimum.
qui malum est ortum ab aquilone. et conuo-
ca magnam congregationem assumptam filias
sion. ad eam venerunt populi et greges eorum
fixerunt in ea tentoria in circuitu. pascet unu-
quisque eos qui sub manu sua sunt. sanctificate
super eam bellum. Consurgite et ascendamus
in meridie. ue uobis quoniam declinauit dies. quo-
niam longiores factae sunt umbrae uespere. Surgite
et ascendamus in nocte. et dissipemus domos
eius. quia haec dicit dominus exercituum. caedite lignum
eius. et fundate aggerem in circuitu. ad
ciuitatem iniquitatis. omnis oppressio in medio
eius. sicut frigidam facit cisterna aquam suam.
sic frigidam fecit malitiam suam. iniquita-
tem et uastitatem audietur in ea coram me semper
infirmitates et plagae. Erudire hierusalem. ne forte
recedat anima mea a te. ne forte ponam te de-
sertam terram inhabitabilem. Haec dicit dominus exercituum.
uindemiabunt ut ad racemum colligentur. qui in uinea reliqui
sunt. Conuertere manu tua qui uindemiatus es
ad cauiculum. an loquar. et testificabor audi-
ant. Ecce iam incircumcisi aures eorum. et audire
non possunt. Ecce uerbum domini factum est eis in opprobrio
uanum. et non suscipiunt illud. Idcirco fu-
ror domini plenus sum. laboraui sustinens.
effunde super paruulum foris. et iuuenum super
iuuenum conuallium. Virum cum muliere ca-
pientur. senex cum pleno dierum. et transibit
domus eorum ad alios. Agri et uxores pariter.
Quia extendam manum meam super habitatores
terae huius dicit dominus. A minore usque ad
maiorem eius. auaritiae student. et a propheta usque
ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. et cumbunt
contritione filiae populi mei ui ignominia
dicentes. pax pax. et non erat pax. Confusi sunt
quia abominationem fecerunt. qui potius
confusione non sunt confusi. et erubescere
nescierunt. Quam obrem cadent inter ruentes.
in tempore uisitationis suae corruent.
dicit dominus. Haec dicit dominus. State super uias et
videte. et interrogate de semitis antiquis quae
sit uia bona. et ambulate in ea. et inuenietis
refrigerium animabus uestris. Et dixerunt. non am-
bulabimus. Et constituti super uos speculatores.
audite uocem tubae. et dixerunt. non
audiemus. Idcirco audite gentes. et cognoscite
congregatio. quanta ego faciam eis. Audi terra.
Ecce ego adducam mala super populum istum.
fructum cogitationum eius. quia uerba mea non audi-
erunt. et legem meam proiecerunt. Vt quid mihi
thus de saba affertis. et calamum suauem olen-
tem de terra longinqua. holocausta mea non
sunt accepta. et victimae uestae non placuerunt
mihi. Propterea haec dicit dominus. Ecce ego dabo in populum
istum ruinas. et ruent in eis patres et filii simul.
uicinus et proximus peribunt. haec dicit dominus.
Ecce populus uenit de terra aquilonis. et gens magna
consurget a finibus terae. Sagittam et scutum
arripient. crudelis est. et non miserebitur. Vox
eius quasi mare sonabit. et super equos ascen-
dent. parati quasi uir ad pugnam aduersum te
filia sion. Audiuimus famam eius. dissolu-
tae sunt manus nostae. et ebullit omnis angustia
dolor uos. doloris ut parturientis. Nolite egredi
ad agros. et in uia ne ambuletis. quia gladius
inimici pauor in circuitu. filia populi mei ac-
cinge te cilicio. et conspergere cinere. luctum unigeniti
fac tibi planctum amarum. quia repente
ueniet uastator super nos. Probatorem dedi te
populo meo in turrim. et scies et probabis uiam eorum.
omnes isti principes declinantes. ambulantes
et fraudulenter. aes et ferrum omnes corrupti
sunt. Defecit conflatilis ignis. Consumpsit
eos plumbum. frustra conflatur conflatorium. mala
autem eorum non sunt consumpta. Argentum
reprobum uocabunt eos. quoniam proiecit eos dominus.
Verbum quod factum est ad ieremiam a domino dicens.
Sta in porta domus domini. et pronuntiabis ibi uerbum istud
et dicis. Audite uerbum domini omnis iuda qui ingre-
dimini per portas istas ut adoretis dominum. haec
dicit dominus exercituum deus israel. bonas facite uias
uestras. et studia uestra. et habitabo uobiscum in
loco isto. Nolite confidere in uerbis mendacii
dicentes. Templum domini. templum domini. tem-
plum domini est. Nam si bene direxeritis uias uestras
et studia uestra. si fecerit iudicium inter uirum et
proximum eius. aduenam et pupillum et uiduam non
feceritis calumniam. et sanguinem innocentem
non effuderitis in loco hoc. et post deos alienos non
ambulauerit in malum uobis metipsis.
si autem uobis dum in loco isto. in terra quam dedi patribus
uestris a saeculo et usque in saeculum. Ecce uos con-
fidite uobis in sermonibus mendacii. quae non
proderunt uobis. furari occidere. adulari. iu-
rare mendaciter. libare baalim. ire post deos
alienos. quos ignoratis. et uenistis et stetis
coram me in domo hac. in qua inuocatum est nomen meum
in me. et dicitis liberati sumus. eo quod
fecerimus omnes abominationes istas. Ergo
spelunca latronum facta est domus ista in qua
inuocatum est nomen meum in odio uobis. ego
ego sum. ego uidi dicit dominus. Ite ad locum
meum in silo ubi habitauit nomen meum

Gen. viii. dominus

Ps. xlvii. f

Ps. cxl.

Leu. xxvi. Deut. xxv. xx.

Ps. xxx. e. p. Is. e. xxix. xlv. luc. lxxij. Ez. vii. Soph. vij.

Ps. e. xxxv

Ps. xxx. Ps. xlii.

Ps. e. x.

Is. xxij. Ascende lectum. Ezech. i.

Ps. cxxxi. Ecce iam audiuimus eum in ephrata. inuenimus eum in campis silae.

Ps. cxxxi. Ecce ego ascendam in lectum stratum meum. non dabo somnum oculis meis. et palpebris meis non dormitabo. et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino. tabernaculum deo iacob.

Ps. x

a principio et uidere quæ fecerim ei ꝑ malitiam
populi mei israel. Et nunc quæ fecisse omnia opa
bi dicit dominus. et locutus est ad eos manc
consurgens. et loquens non audistis. et uoca
ui eos et non responsistis. faciam domui
hunc. in qua uocatum est nomen meum: in qua uos
habetis fiduciam. et loco quem dedi uobis. et
patribus uestris. sicut feci silo: et proiciam eos a
facie mea. sicut proiecimus omnes fratres uestros
universum semen ephraim. Tu ergo noli orare
pro populo hoc: nec assumas pro eis laudem et oratio
nem et non obstes mihi. quia non exaudiam te.
sicne uidetis quid isti faciant in ciuitatibus
iuda et in plateis hierusalem. filii colligunt lig
na et patres succendunt ignem. et mulieres
conspergunt adipem. ut faciant placentas
regine celi. et libent diis alienis. et me
ad iracundiam prouocent. numquid me
ad iracundiam prouocant dicit dominus. nonne semet
ipsos in confusionem uultus sui: hoc dicit do
minus deus. Ecce furor meus et indignatio mea
conflatur super loca istum. super uirum et super
iumenta. et super lignum regionis. et super fructus
terre. et succendetur. et non extinguetur. Hæc dicit
dominus exercituum deus israel. holocaustomata uestra
addite uictimis uestris. et comedite carnes. quia
non sum locutus cum patribus uestris. et non præcepi eis
in die qua eduxi eos de terra egypti. de uerbo holo
caustomatum et uictimarum. Sed hoc uerbum præce
pi eis dicens. Audite uocem meam. et ero
uobis deus. et uos eritis mihi populus. et ambulate
omni uia quam mandaui uobis. ut bene sit uo
bis. et non audierunt. nec inclinauerunt aurem
suam. sed abierunt in uoluntatibus suis. et
pruitate cordis sui mali. factique sunt retrorsum
et non ante. a die qua egressi sunt patres eorum de
terra egypti. usque ad diem hanc. Et misit ad
eos omnes seruos meos prophetas per diem quo egre
ssi sunt de uiuere suo et mittens. non audierunt me
nec inclinauerunt aurem suam. sed induraturi sunt
cuncti: et pejores operati sunt quam patres eorum.
Et loquis ad eos omnia uerba hæc: et non audient
te. et uocabis eos. et non respondebunt tibi. et dicis
ad eos. hæc est gens quæ non audiuit uocem domi
ni dei sui. nec recepit disciplinam. perit fides
et ablata est de ore eorum. Tonde capillum tuum
et proiice. et sume in directo planctum. quia
proiecit dominus. et reliquit generationem furoris
suæ. quia fecerunt filii iuda malum in oculis
meis dicit dominus. posuerunt offendicula sua
in domo in qua inuocatum est nomen meum ut
polluerent eam. Et edificauerunt excelsa
tophet. quæ est in uallis filii ennom. ut incenderent
filios suos et filias suas igni. quæ non præcepi
nec ascendit in corde meo. Ecce dies uen

eum dicit dominus. et non dicetur amplius tophet
et uallis filii ennom. sed uallis interfectionis.
et sepelient in tophet. eo quia non est locus. et
erit morticinum populi huius in escas uolucribus
celi et bestiis terre. et non erit qui abigat. Et
quiescere faciam de urbibus iuda et de plateis
hierusalem uocem gaudii et uocem letitiæ. uocem
sponsi et uocem sponsæ. In desolatione enim erit
terra. In tempore illo aiunt dominus eiicient ossa
regum iuda. et ossa principum eius. et ossa sa
cerdotum. et ossa prophetarum. et ossa eorum qui habita
uerunt hierusalem de sepulchris suis. Et prundent ea
adsolem et lunam. et omnem militiam celi quæ
dilexerunt et quibus seruierunt. et post quæ
ambulauerunt. et quæ sitierunt et adorauerunt.
non colligentur. et non sepelientur. in stercus
super faciem terræ erunt. et eligent magis mor
tem quam uitam omnes qui reliqui fuerunt de
cognatione hac pessima. in uniuersis locis quæ de
relicta sunt. ad quem eos dicit dominus et er
atis. et dices ad eos. hæc dicit dominus. Numquid
qui cadit non resurgit. et qui auertit non reuertitur.
Quare ergo auersus est populus iste in hierusalem auersio
ne contentiosa? apprehenderunt men
dacium. et noluerunt reuerti. attendi. et ausc
tauit. nemo quod bonum est loquitur: nullus est
qui agat penitentiam super peccato suo dicens.
quid feci: omnes conuersi sunt ad cursum suum
sicut equus impetu ruens in prælium. Milius in
celo cognouit tempus suum. turtur. et hirundo
et ciconia. custodierunt tempus aduentus
sui. populus autem meus nesciuit iudicium domini.
Quomodo dicitis sapientes nos sumus et lex domi
ni nobiscum est. Vere mendacium operatus
est stilus mendax scribarum. confusi sunt sa
pientes. timuerunt et capti sunt. Verbum enim domi
ni proiecerunt. et sapientia nulla est eis. propterea dabo mu
lieribus eorum extraneis agros eorum heredibus. quia
a minimo usque ad maximum omnes auaritiam
sequuntur. a propheta usque ad sacerdotem cuncti fa
ciunt mendacium. et curabant contrictionem
filiæ populi mei ad ignominiam dicentes. pax pax. et non est pax. Confusi sunt quia ab
hominationem fecerunt. quin imo. et con
fusione non sunt confusi: et erubescere nes
cierunt. Idcirco cadent inter corruentes in ca
pite uisitationis suæ corruent dicit dominus.
Congregans congregabo eos dicit dominus.
non est uua in uitibus. et non sunt ficus in ficulnea.
folium defluit. et dedi eis quæ prætergressa sunt. Et
sedemus? Conuenite et ingrediamur ciui
tates munitas. et silamus ibi. quia dominus
silere nos fecit. et potum dedit nobis aquam
fellis. peccauimus enim domino. Expectauimus
pacem. et non erat bonum. tempus medele. et ecce

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Gray Scale

0 1 2 3 4

Ie
Re

Ps. c. xvi.

Ps. xl. p. 5.

Lam. iv. Quis det

9

Ler. viii. vi. p.

Ps. c. xc.

Ps. c. lxxx. lv.

Ps. c. lxxx.

Ps. c. xvii.

Eccli. xxx. iv.

Ps. c. xviii.

Ps. c. xxxv.

Ler. i. p.

Cant. iv.

Ezec. viii. ecce dies ecce
Ps. c. xxxv.
Deu. i. v.
Deu. ii. xxiii.
Deu. i. ii.
Deu. ii. vi.
Ps. xxx.

Gen. xxviii.
Ps. cviii. 70. xi.
Ps. c. xviii.
Is. c. xl iii. m. vi.
Ps. c. xvi.

Iam in mundo sti labore potuerunt, in pace laborem, laborem erigere de meruerunt. Ideo ipse d'ds sine ingenio refugiunt sub tollante malamine se abscondere, hoc q. peccat. q. quam apte deum exaltare volunt. Dominum ergo.

Cum sint mutabiles aliq. nequaq. oportuit ne delectatione emergere hi qui inherent oportet. q. qd' ergo deinde foramina et de oportet sent. hi. deinde m. p. h. p. 1. q. pensus corpus corpus sed uenenis hinc alium mentis inmit.

fremendo. Adam audiuit & fremuit ego
eius. a uoce hominis pugnauerunt ei omni
ta & omnis ira. & uenium & deuastauerunt
eum: & plenitudinem eius. urbem & habi
tatores eius. Quia ecce ego mittam uobis
serpentes regulos. quibus non est incantatio.
et mordebunt uos. ait dominus. Dolor mihi super
dolorem: & me cor meum merens. Ecce uox
clamantis filie populi mei de terra longinqua.
Numquid dominus non est in sion: aut rex eius non
est in ea? Quare ergo me ad iracundiam con
citauerunt sculptilibus suis & uanitatibus
alienis. Transiit messis. finita est aestas. & nos
saluati non sumus. Super contritione filie po
puli mei contritus sum. et contristatus stu
por obtinuit me. Siccquid resina non est in ga
laad. aut medicus non est ibi: Et igitur non est
obducta cicatrix filie populi mei. Quis da
bit capiti meo aquam. & oculis meis fontem
lacrimarum: & plorabo die ac nocte interfectos
filie populi mei. Quis dabit me in solitudine
diuersorium uiatorum. & derelinquam populum meum
& recedam ab eis. Quia omnes adulteri sunt
& conuentus prauorum. & extenderunt linguas
suas quasi arcum mendacii. & non ueritatis. Con
fortati sunt super terram. quia de malo ad malum egressi
sunt. & me non cognouerunt dicit dominus. Vnus
quisque a proximo suo se custodiat. & omni
fratri suo non habeat fiduciam. Quia omnis frater
supplantans supplantabit. & omnis amicus
fraudulenter incedet. & uir fratrem suum decep
bit. & veritatem non loquetur. Docuerunt linguas
suas loqui mendacium. iniquitatem locuti sunt
labora. Habitatio tua in medio doli. in
dolo. renuerunt scire me dicit dominus. Propter hoc
haec dicit dominus exercituum. Ecce ego conflabo & pro
babo eos. Quid enim aliud faciam. a facie
filie populi mei. Sagitta uulnerans lingua eorum
loquta est dolum. In ore suo pacem cum amico
suo loquuntur. et occulte ponunt ei insidias. Nu
quid super hiis non ulciscetur dicit dominus. Aut in
gente huiusmodi non ulciscetur anima mea. Super
montes assumam fletum. et lamentum. & super
speciosa deserti planctum. eo quod incensa sunt. eo q.
non sit uir pertransiens. & non audierunt uocem
possidentis. a uolucre cili usque ad pecora abs
migrauerunt. recesserunt. recesserunt. Et
dabo eam in aceruos lapidum. & cubilia draco
num. et ciuitates iuda dabo in desolationem. eo quod non
sit habitator. Quis est uir sapiens q. intelligat
hoc. & cui locutus est os domini. et ut an
nuntiet. Quare perit terra & exusta est
quasi deserti. eo quod non sit qui pertranseat. Et dixit
dominus. Quia dereliquerunt legem meam quam
dedi eis. & non audierunt uocem meam. & non
ambulauerunt in ea. & ambulauerunt post pura
tionem cordis sui. post baalim quam dedicerunt patres
suos. Idcirco haec dicit dominus exercituum deus israel
ecce ego cibabo populum istum absinthio. et potum
dabo eis aquam fellis. & dispergam eos in gentibus
quas nesciunt. ipsi & patres eorum. & mittam
post eos gladium donec consumant eos.
haec dicit dominus exercituum. Considerate. & uo
cate lamentatrices. & ueniant. & ad eas quas sapientes
sunt mittite. & properent
festinent. & assumant super nos lamentum.
Deducant oculi nostri lacrimas. & palpebre nre
defluant aquis. Quia uox lamentationis
audita est de sion. Quomodo uastati sumus
et confusi uehementer. quia dereliquimus terram.
quia deiecta sunt tabernacula nra.
Audite ergo mulieres uerbum domini. & assumat
aures uestre sermonem oris eius. & docete filias
uestras lamentum: unusquisque proximam suam
planctum. quia ascendit mors per fenestras nras.
ingressa est domus nras. Disperdere paruulos de
foris: iuuenes de plateis. loquere hoc dicit dominus.
et cadet morticinum homis qui iacetur super
faciem regionis. & sicut fenum post tergum me
tentis. & non est qui colligat. Haec dicit dominus. Non
gloriatur sapiens in sapientia sua. et non gloriet
fortis in fortitudine sua. Et non gloriet diues
in diuitiis suis. sed in hoc gloriatur q. gloriatur
hanc habere me. q. ego sum dominus q. facio misericordiam
et iudicium. et iustitiam in terra. haec enim
placent mihi dicit dominus. Ecce dies uenient dicit dominus.
et uisitabo super omnem qui incircumcisus
est preputio. super egypto. & super iudam. & super
edom. & super filios ammon. & super filios moab.
& super omnes q. attonsi sunt in comam. habitan
tes in deserto. quia omnes gentes habent preputium. Omnis
autem domus israel incircumcisi sunt
corde. Audite uerbum q. locutus est dominus super
uos domus israel. haec dicit dominus. Iuxta uias gen
tium nolite discere. & signis caeli nolite timere
quia timent gentes. quia leges populorum uanae
sunt. Quia lignum de silua praecidit opus
manuum artificis in ascia. argento & auro de
corauit illud. clauis & malleis compegerunt
non dissoluatur. sicut similitudine palme
fabricata sunt. & non loquentur. portari uolen
tes. quia incedere non ualent. Nolite timere ea. quia
nec malum possunt facere nec bene. Non est similis
tui domine magnificus. & magnum nomen tuum
in fortitudine. quis non timebit te o rex gen
tium. Tuum est enim decus. inter omnes sapi
entes gentium. et in omnibus regnis eorum. nul
lus est similis tui. Pariter insipientes & stulti
probabuntur. Doctrina uanitatis eorum lignum
est. hypocritae in uoluntum. de eis arguitur.

et aurū de ofaz. Opus artificū & manū ora
ri. Jacinctus & purpura indumēta eorū op
artificum omnia hæc. Dñs autē dñ uerus ē
ipse dñ uerus & rex sempiternus. Ab indignā
tione eius cōmouebit terra & non sustinebūt gē
tes comminationē eius. Sic ergo dicit dñs
q̄ ñ fecerunt celū & terram peribunt de terra & de hiis
q̄ sub celo sunt. Qui fecit terram in fortitudine
sua. paravit orbem in sapia sua. & prudentia
sua extendit celos. Ad uocē suam dat multi
tudinē aquārū in celo. et eleuat nebulas ab ex
tremitate terre. fulgura in pluuiam fecit. et
educit uentū de thesauris suis. Stultus factus
est omis ho ab scia sua. confusus est omis fa
bricator in sculptili. quia falsum est quod fecerunt. et
ñ est spūs in eis. vana sunt. opus eorū nīl dignū.
In tempore visitationis suē peribunt. Non est
hic similis parti iacob. Qui enim formauit
omnia ipse est dñs. & israel virga hereditatis eius. Dñs
exercituū nomen est illi. Congrega de terra confusi
onē tuam: q̄ habitas in obsidione. quia hæc dicit
dñs. Ecce ego longe proiciam habitatores eius
hac uice. & tribulabo eos. ita ut nō sint
inuenti. Ve mihi super contione mea. pessima
plaga mea. Ego autē dixi. plane hæc est infirmitas
mea & portabo illam. Tabernacula
mea uastata sunt. omnes funiculi mei
disrupti sunt. filii mei exierunt a me. & nō
subsistunt. Non est qui extendat vltra tentori
um meum. & erigat pelles meas. quia stul
ti effecti sunt pastores. & dominū non quesierunt.
propter hoc non intellexerunt. & omis grex eorum dispersus
est. Vox audītis ecce venit. & commotio magna
de terra aquilonis. ut ponat ciuitates iu
da solitudinē ~~draconum~~ & habitaculum dra
conum. Scio dñe quia non est hominis via eius.
nec uir est qui ambulet. & dirigat gressus
suos. Castiga me dñe ueruntamen in
iudicio. & non in furore tuo. ne forte ad nihi
lum redigas me. Effunde indignationem tuam
super gentes quæ te non cognouerunt. & super pum
tias quæ nomen tuum non inuocauerunt. quia comedē
runt iacob: & deuorauerunt eum. & consū
pserunt illum. & decus eius dissipauerunt.

Verbum quod factum est ad ieremiam a dño dicēs.
Audite verba pacti huius quod precepi patribus ue
stris. et locutus sum ad uirum iuda. & habitatores
ierusalem. & dicetis ad eos. Hæc dicit dñs dñs israel. Maledictus
uir qui non audierit verba pacti huius quod
precepi patribus vestris die qua eduxi eos de terra egipti
de fornace ferrea dicens. Audite uocem
meam. & facite omnia quæ precepi uobis. et
eritis mihi in populum: ego ero uobis in dñm ut suscitem
iuramentum quod iuraui patribus uestris. daturum
me eis terram fluentem lacte & melle sicut
diei hac. Et respondi & dixi. Amen dñe. Et dixit
dñs ad me. Vociferare omnia verba hæc in ciuita
tibus iuda. & foris ierusalem dicens. Audite verba
pacti huius. & facite illa. quia contestans con
testatus sum patres vestros. in die qua eduxi eos
de terra egipti: usque ad diem hanc. Mane lur
gens contestans sum. & dixi. Audite uocem
meam. & non audierunt. nec inclinauerunt au
rem suam. sed abierunt unusquisque in prauitatem
cordis sui mali. Et induxi super eos
omnia verba pacti huius quod precepi ut facerent. et
ñ fecerunt. Et dixit dñs ad me. Inuenta est
coniuratio in uiris iuda. & in habitatoribus ierusalem.
Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priorum.
qui noluerunt audire verba mea. Et ecce ego
abierunt post deos alienos: ut seruirent eis.
Irritum fecerunt domus israel. & domus iuda
pactū meū. quod pepigi cum patribus eorum. Idcō ob
hæc dicit dñs. Ecce ego ad inducam super eos
mala. de quibus exire nō poterunt. et clama
bunt ad me: & nō exaudiam eos. Et ibunt
ciuitates iuda. & habitatores ierusalem: & clama
bunt ad deos quibus libant. & non saluabūt eos.
in tempore afflictionis eorum. Secundum numerum
enim ciuitatum tuarum erant dii tui iuda:
et secundum numerum platearum ierusalem posuisti aras
confusionis aras ad libandum baalim. Tu
ergo noli orare pro populo hoc. & ne assumas pro
eis laudē & orationem. quia nō exaudiam in tempore
clamoris eorum ad me in tempore afflictionis
eorum. Quid est quod dilectus meus in domo mea
fecit scelera multa: Numquid carnes sanctæ au
ferent a te malitias tuas in quibus glorianteris.
Oliuam uiridem pulchram fructiferam spe
ciosam uocauit dñs nomen tuum. ad uocem loquelæ
grandis exarsit ignis super eam: & combu
sta sunt fructus eius. Et dixit dñs exercituū qui
plantauit te locutus est super te malum pro
malis domus israel & domus iuda. quæ fecerunt
sibi ad irritandum me libantes baalim. Tu
autem dñe demonstrasti mihi. & cognoui. tunc ostē
disti mihi studia eorum. Ego qui agnus mansue
tus quod portatur ad victimam. nō cognouerunt quia
super me cogitauerunt consilia dicentes. Mit
tamus lignum in panem eius. & exterminemus eum
de terra uiuentium. & nomen eius non memoretur
ultra amplius. Tu autem dñe sabaoth qui iudicas
iuste. & probas renes & corda: videam ultionem
tuam ex eis. Tibi enim reuelauimus causam meam. Propter
hoc dicit dñs ad uiros anathoth. qui quærunt animam tu
am & dicunt. Non prophetabis in nomine dñi. & non
morieris in manibus nostris. Propter hoc dicit dñs de
exercituū. Ecce ego visitabo super eos. iuuenes
morientur in gladio. filii eorum. & filie eorum mo
rientur in fame. reliquiæ non erunt ex eis. In

Lignum impone mittere est dñus dicit eos. adhibere

17

ducam eam in alium locum meum. Et ad arcem hereditatis
visitationis eorum. Vulnus quidem est eis domine
si delinquerint eis. Ut disciplinam instruamur. Et
quare iniquitates eorum domine omnibus qui
praetereunt. Et inimicis agunt plantasti eos. Et
radicem miserunt. Proficiunt. Et facientes fructum.
Prope es tu in ore eorum. Et longe a renibus eorum.
Et tu domine nosti me. Vidisti me. Et probasti cor
meum tecum. Congrega eos qui gregem ad
mactandam. Et sanctifica eos in die occisionis. Usque
quo luget terra. Et herba omnis regionis siccabitur.
Propter malitiam habitantium in ea. Consumpta
sunt. Et ablata. Quia dixerunt non videbit novissima nostra. Si cum peditibus
currentibus laboraris quomodo contendes
equis. Cum autem in terra pacis securus
fueris. Quid facies in superbia iordanis. Etiam
et fratres tui et domus patris tui. Et ipsi pugnaverunt
ad te. Et clamaverunt post te plena
voce. Ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona.
Reliquiam domus meae dimisi. Hereditatem
meam. Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius.
Facta est mihi hereditas mea
qui leo in silva. Dedit de me vocem. Ideo odivi
eam. Numquid avis diploos hereditas mea
mihi. Numquid avis circa eam per totum. Venite
congregamini omnes bestiae terae. Festinate ad devorandum. Pastores multi demolierunt
vineam meam. Conculcaverunt partem
meam. Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Posuerunt
eam in dissipationem. Luxerunt super me. Desolatione desolata est omnis terra. Quia nullus est qui
recogitet corde. Super omnes viae deserti venerunt vastatores. Quia gladius domini devorabit
ab extremo terae usque ad extremum terae. Non est pax omni carni. Seminaverunt hereditatem
et spinas metent. Hereditatem acceperunt.
et non eis proderit. Confundemini a fructibus
vestris propter iram furoris domini. Haec dicit dominus
ad omnes vicinos meos pessimos qui tangunt hereditatem quam distribui populo meo
israel. Ecce ego evellam eos de terra sua. Et domum
iuda evellam de medio eorum. Et cum
evulsero eos conteram eos. Et reducam eos unum ad hereditatem suam. Et
unum in terram suam. Et erit si erudientes didicerint vias populi mei. Ut iurent in nomine meo
vivit dominus. Sicut docuerunt populum meum iurare
in baal. Edificabuntur in medio populi mei. Quod
si non audierint. Evellam gentem illam evulsione et perditione ait dominus. Haec dicit dominus
ad me. Vade et possidet tibi lumbare lineum. Et pone
illud super lumbos tuos. Et aquam non intrare
illud. Et possidi lumbare iuxta verbum

domini. Et posui eum super lumbos meos. Et factum
est secundo domini ad me sedo dicens. Tolle lumbare
quod possedisti quod est super lumbos tuos. Et surge
vade ad euphraten. Et abscondo illud ibi
in foramine petrae. Et abiit. Et abscondit illud in
euphrate sicut praeceperat mihi dominus. Et factum est post
dies plurimos. Dixit dominus ad me. Surge et
vade ad euphraten. Et tolle inde lumbare quod
praecepi tibi ut absconderes illud ibi. Et abiit ad
euphraten. Et fodit. Et tulit lumbare de loco
ubi absconderam illud. Et ecce computruerat
lumbare. Et ut nullo usui aptum esset.
Et factum est verbum domini ad me dicens. Haec dicit do
minus deus. Sic putrefaciam superbiam
iuda. Et superbiam hierusalem multam. Populum hunc
pessimum qui noluerunt audire verba mea. Qui ambulant
in pravitate cordis sui. Abierunt
post deos alienos ut servirent eis. Et adorarent
eos. Erunt sicut lumbare istud quod nullo usui
aptum est. Sicut enim adhaerent lumbare
ad lumbos viri. Sic adglutinavi mihi omnem
domum israel. Et omnem domum iuda dicit dominus
ut sint mihi in populum. Et in nomen. Et in laudem. Et in gloriam.
et non audierunt. Dixit ergo ad eos sermonem
istum. Haec dicit dominus deus israel. Omnis lagunculam
implebitur vino. Et dicent ad te. Numquid
ignoramus quod omnis lagunculam implebitur
vino. Et dicet ad eos. Haec dicit dominus. Ecce ego im
plebo omnes habitatores terae huius. Et reges qui
sedent de stirpe David super thronum eius. Et sacerdotes. Et prophetas. Et omnes habitatores hierusalem
ebrietate. Et dispergam eos unum a fratre suo. Et patres
et filios pariter ait dominus. Non parcam. Et non recedam
neque miserebor. Ne disperdam eos. Audite et
auribus percipite. Nolite elevari quia dominus locutus
est. Date domino deo vestro gloriam antequam contenebrescat. Et antequam offendantur pedes vestri
ad montes caliginosos. Expectabitis lu
cem. Et ponet eam in umbram mortis. Et caliginem.
Quod si non audieritis. Abscondito plorabit anima mea a facie superbiae. Plorans plorabit.
Et deducet oculus meus lacrimam. Quia captus est
grex domini. Dic regi et dominae. Humiliamini
sedete quia descendit de capitibus vestris corona gloriae
vestae. Civitates austri clausae sunt. Et non est
qui aperiat. Transmigravit omnis iuda transmigratione perfecta. Levate oculos vestros. Et videte
qui venitis ab aquilone. Ubi est grex qui datus
est tibi pecus inclitum tuum. Quid dicis cum visitaverit te. Tu enim docuisti eos adversum te. Nonne
dolores tenebunt te quasi parientem. Et si dixeris in corde tuo quare evenerunt mihi haec
multitudine iniquitatis tuae revelata sunt verecundia
tua. Pollutae sunt plantae tuae. Si

Dei patientia redditur. Sepe dum nollet quosque punit dum punit. Et finalitere unique patientiam ut ultores
malitiae suae purgent. Et ut alii doceant. Et instruant. Ad cognitionem veritatis. Sicut enim est malo egritudo
patere. Et extremum iudicium exhibere. Non enim iniquos cito punit. Et pusillanimitatem
incentivum solatio pertrahit. Et eos in ictu ultionis sed diu differt. Et finaliter eos punierit. Et deum
reddit humanae caecae credidisset. Et ostendit quantum mala non deserit.

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Sup. xxvi. dcr. xxvii.

mutare potest ethiops pellem suam. aut pardus
maculas suas. vos quoque benefacere cum
didicistis malum. Disseminabo vos sicut stipulam
quæ vento rapitur deserto. Hæc sors tua plaga
mensuræ tuæ a me dicit dominus quia oblita es
mei. et confisa es in mendacio. Unde ego
nudavi faciem tuam in conspectu tuo. et ap
paruerunt ignominia tua. ad ulcera tua. hinnitus tui. scelus fornicationis tuæ super
colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem quæ munda eris post me. usque quo
adhuc. Quod factum est verbum domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis. Luxerunt Iudea
porte eius. et ingemuerunt. et obscurate sunt in
terra. et clamor Ierusalem ascendit. Maiores mi
serunt minores suos ad aquam. ve
nerunt ad haurienda. non invenerunt aquam.
reportaverunt vasa sua vacua. Confusi sunt
et afflicti. et operuerunt capita sua. propter terram. quia non venerat pluvia super terram. confusi
sunt agricole. operuerunt capita sua. Etenim
cervus in agro peperit. et reliquit. quia non erat
herba. Et onagri steterunt in rupibus. traxerunt
ventum sicut dracones. defecerunt oculi
eorum. quia non erat herba. Si iniquitates nostre re
sponderint domine nobis. fac propter nomen tuum. quia
multe sunt aversiones nostre. tibi peccavimus. ex
pectatio israel. salvator eius in tempore tribulationis. Quare quasi colonus futurus es in
terra. et quasi viator declinans ad manendum. Quasi
futurus es velut vir vagus et fortis. quem non
potest liberare. Tu autem in nobis es domine. et no
men tuum invocatum est super nos. ne derelinquas
nos. Hæc dicit dominus populo huic. quia dilexerunt
movere pedes suos. et non quiescunt. et domino non
placuerunt. nunc ergo recordabitur iniquitatis
eorum. et visitabit peccata eorum. Et dixit dominus ad
me. Noli orare pro populo isto in bonum. Cum ieiu
nant non audiam preces eorum. et si ob
tulerint holocaustomata. et victimas. non
suscipiam eas. quia gladio et fame. et peste
ego consumam eos. Et dixi. ha. ha. ha. do
mine deus. populus dicunt eis. Non videbitis gla
dium. et fames non erit in vobis. sed pacem ve
ram dabit vobis in loco isto. Et dixit dominus ad
me. Falso prophetant in nomine meo. non misi eos. et non præcepi eis. neque locutus
sum ad eos. visionem mendacem. et divina
tionem fraudulentam. et seductionem cordis
sui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit dominus de pro
phetis qui prophetant in nomine meo quos ego non
misi. dicentes gladius et fames non erit
in terra hac. in gladio et fame consumentur.
Populus autem cui prophetant erunt projecti in viis ierusalem. propter famem et gladium non erit qui

sepeliat eos. ipsi et uxores eorum. filii et filie eorum.
et effundam super eos malum suum. et dicet ad eos
verbum istud. Deducant oculi mei lacrimas
per noctem et diem. et non taceant. quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei
plaga pessima valde nimis. Si egressus fuero
ad agros. ecce occisi gladio. et si introivero
in urbem. ecce attenuati fame. Propheta quoque
et sacerdos abierunt in terram quam ignorabant.
Numquid projiciens abiecisti Iudam. aut
Sion abhominatus est animam tuam. Quare ergo
percussisti nos. et non est sanitas nobis. Exspectavimus pacem. et non est bonum. tempus curationis. et ecce turbatio. Cognovimus domine
impietates nostras. et iniquitates patrum nostrorum. quia
peccavimus tibi. Ne nos des in opprobrium
propter nomen tuum. neque facias nobis ignominiam.
Solio gloriæ tuæ recordare. neque irritum facias
fœdus tuum nobiscum. Numquid sunt in
sculptilibus gentium qui pluant. aut celi
sunt dare imbres. Nonne tu es domine deus noster
qui exspectamus te. Tu enim fecisti omnia hæc.
Et dixit dominus ad me. Si steterint moyses
et samuhel coram me. non est anima mea ad
populum istum. Ejice illos a facie mea. et egredi
antur. Et si dixerint. ad te quo egrediemur.
dicet ad eos. hæc dicit dominus. Qui ad mortem
ad mortem. et qui ad gladium ad gladium.
et qui ad famem ad famem. et qui ad captivitatem
ad captivitatem. Et visitabo super eos quatuor
genera. dicit dominus. gladium ad occisionem. et canes
ad laniandum. et volatilia celi. et bestias terre
ad devorandum et dissipandum. Et dabo eos
in fugam omnibus regnis terre. propter Manasse filium ezechiae regis Iuda. super omnibus
quæ fecit in Ierusalem. Quis miserebitur tui Ie
rusalem. aut quis condolebit pro te. aut quis
ibit ad rogandum pro pace tua. Tu enim reliquisti
me dicit dominus. retrorsum abiisti. ego extendam
manum meam super te. et conteram te. laborabam
ut ignoscerem. dispersi eos ventilabro in
portis terre. sterilem. et vidi populum meum. non
a viis suis non sunt revisi. Multiplicate
sunt mihi ut arena maris. in
duxi eis super matrem adolescentis vastatorem
meridie. misi super eam repentinos timores
civitatem. filium matre fecundam. defe
cit anima eius. Occidit ei sol cum adhuc esset
dies. confusa est. et erubuit. et reliquias eius
in gladium dabo. in conspectu inimicorum eorum
ait dominus. Ve mihi mater mea. quia genuisti
me virum rixe. virum discordie in universa
terra. non fenerav. non fenerant mihi quisquam.
omnes maledicunt mihi dicit dominus. Si non reli
quias tuas in bonum. si non occurrere te tempore

S. e. xxvi.

Ps. lxx. f

T. e. lxxvi.

Ge. xxv. Sap. xvii.

Es. xi. xii. Apo. xxvii.

Ge. xxv. S. e. xxvii.

Ps. xc. e. f

Am. xxvii.

T. e. lxxvi.

Pulchrum quidem nomen quod non conservabat. cum maleficia superbia assumunt.

Quemadmodum enim est non possessor agri sic colonus est. et
quia mator dominus dum tantum modo delinquit. et paucos quidem ibi
fuisset. et adulationem gentium per eos et captivum egit.

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

afflictionem. et in tempore tribulationis aduer
sus nos inimicus. Si quid federunt fortes ceu
ab aquilone. et cetera. Dum ceciderit et ceteri
uos in diuersionem dabo gratis. omnibus per
euangelium. et omnibus eius et addu
cam inimicos uos de terra quam nescitis. et
ignis succendet eos et flumina meo. sup uos ar
debunt. Tu es domine recordare mei. et iu
stitia me. et uide me ab hiis qui persequun
tur me. soli in patientia eius suscipere me. scito quo
sustinui pro te obprobrium. Inuenti sunt ser
mones eius. et comedi eos. et factus est mihi uer
bum eius in gaudium. et in letitia cordis mei. quo
niam inuocatum est nomen tuum super me domine deus ex
ercituum. Non sedi in consilio ludentium. et exul
tauit. Sum a facie manus tue solus sedebam.
Quoniam commotione repleuit me. Et factum est
dolor meus perpetuus. et plaga mea desperabilis
renuit curari. factus est mihi mendacium.
aquis infidelibus. Propterea dicit dominus. Si conuer
tis conuertam te. ante faciem meam stabis
bis. Et si separabis pretiosum a uilibus quasi os meum
eris. Conuertentur ipsi ad te. et tu non conuertaris ad
eos. Et dabo te populo huic murum aereum fortem.
et bellabunt ad te. et non prualebunt
quia ego tecum sum: ut saluem te. et eruam
te dicit dominus. et liberabo te de manu pessi
morum. et redimam te de manu fortium. Et
fecit sermonem ad me dicens. Non accipies
uxorem. et non erunt tibi filii et filie
in loco isto. quia hec dicit dominus super filios et
filias que generantur in loco isto. et super
matres eorum que genuerunt eos. et super patres
eorum de quorum stirpe sunt nati in terra hac.
Morte egrotationum morientur. non plan
gentur. et non sepelientur. in stercoribus super
facie terre erunt. gladio et fame consum
entur. et erunt cadauera eorum in escam uolu
cribus celi. et bestiis terre. Si enim dixit dominus. Non in
gredias domum luctus. neque uadas ad
plangendum. neque consolis eos. quia abstu
li pacem meam a populo isto dicit dominus. Misericordiam et miserationes. et misericordias
grandes et parui in ista. non sepelientur
neque plangent. et non se incident. neque calui
fiet pro eis. et non frangent panem eorum lugen
tibus. ad consolandum super mortuo. et non
dabunt eis potum calicis ad consolandum super
patre suo et matre. Ad domum conuiuii non ingre
dieris ut sedeas cum eis et comedas. et bi
bas quia hec dicit dominus exercituum deus israel. Ecce au
feram de loco isto. coram oculis uestris. et diebus
uestris uocem gaudii. et uocem letitie. uocem
sponsi. et uocem sponse. Et cum annunciaueris
populo huic omnia uerba hec. et dixerint tibi. quare locutus est
dominus super nos omne malum grande. et
quid. Quis iniquitas nostra et quis peccatum nostrum quod
peccauimus domino deo nostro? Dices ad eos.
Quia dereliquerunt patres uestri me. ait dominus. et abi
erunt post deos alienos. et seruierunt eis. et ad
orauerunt eos. et me dereliquerunt. et legem
meam non custodierunt. Sed et uos peiores
estis quam patres uestri. Ecce enim ambulat
unusquisque post prauitatem cordis sui ma
li ut me non audiat. Et eiciam uos de terra
hac in terram quam ignoratis uos et patres uestri.
et seruietis ibi diis alienis die ac nocte. qui
non dabunt uobis requiem. propterea ecce dies ue
niunt dicit dominus. et non dicetur ultra uiuit
dominus qui eduxit filios israel de terra egypti. sed
uiuit dominus qui eduxit filios israel de terra aquilonis
et de uniuersis terris ad quas eiecerat eos. et reduc
am eos in terram suam quam dedi patribus eorum.
Ecce ego mittam piscatores multos dicit
dominus. et piscabuntur eos. et post hec mit
tam eis multos uenatores. et uenabuntur
eos de omni monte. et de omni colle. et de
cauernis petrarum. quia oculi mei super omnes uias
eorum. non sunt absconditi a facie mea. et non
fuit oculata iniquitas eorum ab oculis meis.
Et reddam primum duplicem iniquitates
et peccata eorum. quia contaminauerunt terram me
am in morticinis idolorum suorum. et abominati
bus suis impleuerunt hereditatem meam. Domi
ne fortitudo mea et robur meum. et refugium
meum in die tribulationis. Ad te gentes ue
nient ab extremis terre. et dicent. Vere mendacium
possiderunt patres nostri. uanitatem quae eis
non profuit. Numquid faciet sibi homo deos.
et ipsi non sunt dii. Ideo ecce ego ostendam
eis per hanc. ostendam eis manum meam
et potentiam meam. et scient quia nomen
meum dominus. Peccatum iude scriptum est stilo ferreo
in unguem adamantino exaratum super lapidem
cordis eorum. et cornibus altarium eorum. Cum
recordati fuerint filii eorum altarium suorum. et
luncorum. lignorum frondentium super montibus
excelsis. in conflictibus agri fortitudinem
tuam. tuorum cum omnibus tuis in
iniquitatibus tuis. et in peccatis tuis in
omnibus finibus tuis. Et relinquis solus ab hereditate tua quam
dedi tibi. et seruire te faciam inimicis tuis in
terra quam ignoras. Quia ignis succendit in
furore meo usque in sempiternum ardebit. Hec dicit dominus.
Maledictus homo qui confidit in homine. et ponit carnem
brachium suum. et a domino recedit cor eius. Erit
enim quasi myrice in deserto. et non uidebit cum ue
nerit bonum. Habitabit in siccitate in deserto.
in terra salsuginis et non habitabit. Benedictus uir
qui confidit in domino. et erit dominus fiducia eius.

Gray Scale
0 1 2 3 4

Et erit qui lignum qd transplantatur sup
aquas. quod humorem mittit radices suas. et
non timebit cum venerit calor. Et erit folium
eius viride. et tempore siccitatis non erit
solicitus. nec aliquando desinet facere fructum.
pravum et cor hominis. et inscrutabile quis cognos
cet illud. Ego dominus scrutans cor. et probans
renes. qui do unicuique iuxta suam
viam. iuxta fructum adinventionum suarum.
Pdix fouit quod non peperit. fecit divitias. et
non in iudicio. In dimidio dierum suorum de
linquet eas. et in novissimo suo erit stultus.
Solium glie. Alleluia. a primaprio. locus
sanctificationis nostre. expectatio israel domine.
omnes qui te derelinquunt confundentur.
recedentes in terra scribentur. quia dere
liquerunt venam aquarum viventium dominum.
Sana me domine. et sanabor. salvum me fac.
et salvus ero. quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi
dicunt ad me ubi est verbum domini veniat. Et
ego non sum turbatus te pastorem sequens.
et diem hominis non desideravi. tu scis. quod
egressum est de labiis meis. rectum in conspec
tu tuo fuit. ne sis mihi tu formidini spes
mea tu es in die afflictionis mee. Confun
dantur qui persequuntur me. et non confundar
ego. pereant illi. et non peream ego. Adduc
super eos diem afflictionis. et duplicatione con
tritionis contere eos. Hec dicit dominus ad me. Vade
et sta in porta filiorum populi per quam ingrediuntur
reges iuda. et egredientur. et in cunctis por
tis iherlim. et dices ad eos. Audite verbum
domini reges iuda. et omnis iuda. cunctique ha
bitatores iherlim qui ingredimini per portas
istas. Hec dicit dominus. Custodite animas vestras
nolite portare pondera in die sabbati. ne
inferatis per portas iherlim. Et nolite ejicere on
nera de domibus vestris die sabbati. et omne op
us non facietis. Sanctificate diem sabbati sicut pre
cepi patribus vestris. et non audierunt. nec inclina
verunt aurem suam. sed durificaverunt cervi
ces suas. ne audirent me. et ne acciperent
disciplinam. Et erit si audieritis me de
cit dominus. ut non inferatis onera per
portas civitatis huius in die sabbati. et
si sanctificaveritis diem sabbati ne faciatis in
eo omne opus. ingredientur per portas civita
tis huius reges. et principes sedentes super
solium David. ascendentes in curribus. equis
ipsi. et principes eorum viri iuda. et inhabitatores
iherlim. et habitabitur civitas hec in sempiternum.
et venient de civitatibus iuda. et de circu
itu iherlim. et de terra benjamin. et de campes
tribus. et de montuosis. et ab austro portan
tes holocaustum. et hostiam et sacrificium.
et thus. inferentes oblationem in domum domini.
Si autem non audieritis me ut sanctificetis sab
bati. et ne portetis onus. et ne inferatis per
portas iherlim in die sabbati incendam ignem
in portis eius. et devorabit domos iherlim. et non
extinguetur. Verbum quod factum est ad iere
miam a domino dicens. Surge et descende in do
mum figuli. et ibi audies sermones meos. et descendi in domum
figuli. ecce ipse faciebat opus super rotam. dissipatum est vas
quod ipse faciebat e lutum manibus suis. conversus
98 Iudicium moab. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Ve super nabo quoniam vastata est. confusa. capta est cariathaim. confusa est forti. et timuerunt. Non est ultra gloria in moab. cogitaverunt malum adversum hesebon. venite et disperdamus eam de gente. ergo silens conticescis. sequitur te gladius. vox clamoris de oronaim vastitas et contritio magna. contera est moab. Annuntiate clamores parvuli eius. ascensus enim luith. plorans ascendit in fletum. quoniam in descensu oronaym hostes vulnerum contritionis audierunt. fugite. salvate animas vestras. et estote quasi myricetum in deserto. quia eo quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis. et in thesauris tuis. et quoque capieris. et ibit chamos in transmigrationem sacerdotes eius. et principes eius simul. et venient predones ad omnem urbem. et urbs una non salvabitur. et peribunt valles. et disperdentur campestria. quia dixit dominus. Date florem moab. qui florens egredietur. et omnia tua eius deserte erunt. et habitabit in eis. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. fertilis fuit moab a adolescentia sua. et requievit in fecibus suis. nec transfusus est de vase in vas. et in transmigrationem non abiit. Idcirco permansit gustus eius in eo. et odor eius non est immutatus. Propterea ecce dies venient dicit dominus. et mittam ei commotores. et commovebunt lagunculas. et effundent eum. et vasa eius evacuabunt. et lagenas eorum conquassabunt. et confundetur moab a chamos. sicut confusa est domus israel a bethel in qua habebant fiduciam. Quomodo dicitis fortes sumus. et viri robusti ad pugnandum. vastata est moab.

et civitates illius ascenderunt. Et electi iuvenes eius descenderunt in occisionem. Ait rex dominus exercituum nomen eius. prope est interitus moab ut veniat. et malum eius festinat nimis. Condolete omnes qui circumdatis eum. et universi qui scitis nomen eius dicite. Quomodo contrefracta est virga fortis. baculus gloriosus. descende de sede gloria. et sede in siti. habitatrix filie dibon. quoniam vastator moab. ascendit in te. et dissipabit munitiones tuas. In via sta. et prospice habitatrix aroer. interroga fugientem et eum qui evasit dicite. quid accidit. confusus est moab. quoniam victus est. Ululate et clamate. et annuntiate in arnon: quoniam vastata est moab. et iudicium venit ad terram campestrem. super helon. et super iesa. et super mephaat. et super dibon. et super nabo. et super domum deblataim. et super cariathaim. et super bethgamul. et super bethmaon. et super carioth. et super bosra. et super omnes civitates terre moab. que longe et que prope sunt. Abscisum est cornu moab. et brachium eius contritum est. ait dominus. Inebriate eum quoniam contra dominum erectus est. et allidet manu moab. in vomitu suo. et erit in derisum etiam ipse. Nunquid non israel derisum tibi fuit. qui inter fures repertus es eum. propter verba tua quia eradisti illum loquens es. captivus ductus es. Relinquite civitates et habitate in petra habitatores moab. estote quasi columba nidificans in ore foraminis. Audivimus superbiam moab. superbus est valde. sublimitatem eius et superbiam et arrogantiam et altitudinem cordis illius. Ego scio ait dominus iactantiam eius. et non sic fortia eius. non sic fecit. Ideo super moab ululabo. et super moab omnem clamabo. ad viros cinis fictilis lamentabor. de planctu iazer plorabo te vinea sibama. propagines tue transierunt mare. usque ad mare iazer pervenerunt. super messem tuam et vindemiam tuam predo irruit. Ablatus est letitia et exultatio de carmelo. et de terra moab. et vinum de torcularibus tuis defecit. nec qui calcator vinum solitum celeuma cantabit. de clamore helebon. usque eleale. usque iasa dederunt vocem suam. A segor usque ad oronaim. vitulam consternam. ait quoque nemrim pessime erunt. Et aufferam de moab ait dominus offerentem in excelsis. et sacrificantem diis eius. propterea cor meum ad moab quasi tibia ad sonabit. et cor meum ad viros muri fictilis. dabit sonitum tibiis. quia plus fecit quam potuit. Idcirco perierunt. Omne enim caput calvum. et omnis barba rasa erit. in cunctis manibus collaceratio. super omnes lumbos cilicium. super omnem faciem moab. in plantis eius omnis planctus.

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

IER
BER

quia vastatus moab sicut vas iuxta ait dominus. Quo
modo mucta et ululauerunt. Quomodo detectus
est moab. et confusus est. Versus moab in de
risum. et in exemplum omnibus in circuitu suo. Hi
dicit dominus. Ecce qui aquila auolabit. et ex ten
det alas suas ad moab. capta est carnoth. et mu
nitiones comprehense sunt. et erit cor fo
tium moab in die illa: sicut cor mulierum parien
tium. Et cessabit moab ne populus. quia contra
dominum gliatus est. pauor. et fouea. et laqueus
super te: o habitator moab ait dominus. Qui fu
gerit a facie pauoris. cadet in fouea. Et
qui ascenderit de fouea. capietur laqueo.
Adducam eum super moab annum visitationis
eorum dicit dominus. In umbra elebon steterunt de
laqueo fugientes. et ignis egressus est de elebon.
et flamma de medio seon: et deuorabit partem
moab: et verticem filiorum tumultus. Ve tibi moab.
periisti populus chamos. quia comprehensi sunt filii
tui. et filiae tue in captiuitatem. et conuertam captiu
itatem moab in nouissimis dierum ait dominus.

Super filios ammon. iudicium moab. sic filios ammon.
Hec dicit dominus. Siquid filii non sunt israel. aut
heres non est eis. cur igitur hereditatem possedit
melchom gad. populus eius in urbibus eius habi
tabit. Ideo ecce dies venient dicit dominus. et au
diam super rabbath filiorum ammon bellum
clamoris. et erit in tumulum dissipata. filiae
eius igni succendentur. et possidebit israel posses
sores suos dicit dominus. Vlula elebon. quia vasta
ta est hai. clamate filie rabbath. accingite
uos cilicio. plangite. circumite per sepes. quia
melchom in transmigrationem ducetur. sa
cerdotes eius. et principes eius simul. Quid
gliaris in uallibus. defluxit uallis tua filia
delicata. qui confidebat thesauris suis. et di
cebat quis uenit ad me. Ecce ego induc
am super te timorem ait dominus deus exercituum. ab om
nibus qui sunt in circuitu tuo. et dispergemini sin
guli a conspectu eius. nec erit qui congregat
fugientes. et post hec reuertam captiuos filiorum ammon. ait dominus. addomin

Hec
dicit dominus exercituum. Siquid ultra est sapi
entia in theman: perit consilium a filiis: in
utilis facta est sapientia eorum. fugite. ergo. ut
cedite in uocationem. sitte. nimis dedam. a
quo pdtionem eius. ad diem visitationis eius. Si uindemiatores uenis
sent super te: nonne reliquissent racemum. Si
fures in nocte: rapuissent quod sufficeret sibi.
Ego uero detexi eius. et reuelauit abscon
dita eius. et latere non potest. Vastatum est
semen eius. et fratres eius. et uicini eius. et non erit.
Relinque pupillos tuos. ego eos faciam ui
uere. et uidue tue in me sperabunt. quia hec dicit dominus.

Ecce quibus quibus non erat iudicium ut biberent
calicem. bibentes bibent. et tu qui innocens
relinqueris. non eris innocens. sed bibens bibes.
Quia per memetipsum iurauit dicit dominus.
quia in solitudinem. et in opprobrium. et in desertum.
et in maledictionem erit bosra. omnes ciuita
tes eius erunt in solitudines sempiternas. Auditum
audiui a domino. et legatus ad gentes missus
est. Congregamini. et uenite. et ad
iungamini in prelium. Ecce enim paruulum dedi te
in gentibus. contemptibilem inter homines. Arrogan
tia tua deceptit te. superbia cordis tui qui habi
tas in cauernis petre. et apprehendis uertice montis
dum collis. Cum exaltatus fueris sicut aquila. inde
tum: inde detraham te dicit dominus. Et erit
idumea deserta. omnis qui transibit per
eam stupebit. et sibilabit super omnes pla
gas eius. sicut subuersa est sodoma et gomorra.
et uicine eius ait dominus. non habitabit ibi uir.
et non incolet eam filius hominis. Ecce quasi leo
ascendet de superbia iordanis. ad pulchritu
dinem robustam. quia subito currere eum faci
am ad illam. et quis erit electus quem ponam
eis. Quis enim similis mei. et quis sustine
bit me. et quis erit pastor qui resistat mihi
in conspectu meo. Audite consilium domini quod
iniit de edom. et cogitationes eius quas cogi
tauit de habitatoribus theman. Si non deter
serunt eos pauuli gregis. si dissipauerit super
eis habitaculum eorum. Auce tremuerunt eorum
moti sunt. clamor in mari audi
tus est eorum. Ecce quasi aquila ascendet
et uolabit. et expandet alas suas super bos
ra: erit cor fortium idumee in die illa qui
cor mulierum parientium. Ad damascum.

Confusa est emath et arphat. quia audierunt
pessimum audierunt. turbati sunt. in mari
solicitudo quiescere non potest. Dissolu
ta est damascus: versa est in fugam. tremor
apprehendit eam. angustia et dolores tenu
erunt eam: sicut parturientem. quomodo de
relicta est ciuitas laudabilis urbem letitie. Ideo cadent iuuenes eius in platheis eius.
et omnes uiri pelii conticescent. Incendi
am ignem in muro damasci. et deuorabit munitiones
ben adad. Ad cedar et ad regna asor quam percussit
nabuchodonosor rex babylonis. Hec dicit dominus.
Surgite ascendite ad cedar. et uastate
filios oriente. tabernacula eorum et greges
eorum. capient pelles eorum. et omnia uasa eorum. et
camelos eorum tollent sibi. et uocabunt super
eos formidinem circumquaque. fugite. abite
uehementer. in cauernis habitare sedete qui habitatis
asor. ait dominus. iniit enim uobis nabuchodonosor.

rex babylonis consilium et cogitauit adu
sum eos cogitationes. Consurgite et
ascendite ad gentem quietam habitan
tem confidenter ait dominus. Sed hostia ei uae
rex eius soli habitant et erunt quasi ei
in diuersione. et multitudo uniuersae in
praedam et diripiam eos in omne uentum. qui
sunt attonsi in comam: et omni contumelia
eorum adducam super eos uaticinium ait dominus. Et
erit ascalon in habitaculum draconum. deserta
usque in nouissimum. Sed manebit ibi uir. nec
transibit eam filius hominis. Quia enim ego uer
bum dixi ad hieremiam prophetam aduersum elam
in principio regni sedechiae regis iuda dicens.
Haec dicit dominus exercituum. Ecce ego contri
gam arcum helam. et imponam in medio eius
et inducam super helam. iii. uentos
a quatuor plagis caeli. et ventilabo eos in omnes
ventos istos. et non erit gens ad quam non
ueniant profugi helam. Et pauebo faciam hela
coram inimicis suis. et conspectu quaerentium
animam eius. et adducam super eos malum
furorem meum dicit dominus. et mittam post eos gladium donec consumam eos. et po
nam solium meum super helam. et perdam inde
reges et principes ait dominus. In nouissimis
autem diebus faciam captiuos elam di
cit dominus. Verbum quod locutus est dominus de babilone.
et de terra chaldaeorum in manu hieremiae prophetae.
Annunciate inter gentes et auditum facite
et leuate signum praedicate. et nolite celare
et dicite. capta est babylon. confusus est bel
uehementer est merodach. confusa sunt sculp
talia eius. superata sunt idola eius. quia as
cendit ei gens ab aquilone. quae ponet
terram eius solitudinem. et non erit qui habitet in ea
ab homine usque ad pecus. et mouentur et abi
erunt. In illis diebus et in tempore illo ait
dominus. Venient filii israel ipsi et filii iuda simul
ambulantes et plangentes peribunt. et do
minum deum suum quaerent. Sion interrogabitur
uiam huc faciem eius. uenite et appone
mini ad dominum foedere sempiterno. quod nulla ob
liuione delebitur. Ecce populus meus perditus
factus est: pastores eius seduxerunt eos. et in
montibus conterunt eos. de monte in colle ambu
lauerunt. obliti sunt cubilium suorum. omnes qui
inuenerunt comedebant eos. et hostes eorum
dixerunt. non peccabimus. pro eo quod peccauerunt
domino decori iustitiae et expectatio patrum eorum
domino. Recedite de medio babylonis. et de terra
chaldaeorum egredimini. et estote sicut hedi ante
greges. quia ecce ego suscitabo et adducam in
babylonem congregationem gentium ma
gnarum de terra aquilonis. et parabunt aduersus
eam. et inde capietur. Sagittae eius quasi uiri fortis
uehementes. non reuertentur uacuae. et erit chalda
ea in praedam omnes uastantes eam replebun
tur ait dominus. quia exultastis et magnamini
mini. dispergentes hereditatem meam. quia ef
fusa estis sicut uitulae super herbam. et mugis
tis ut tauri. Confusa est mater uestra nimis et
ad ignominiam peruenit quae genuit uos. Ecce nouis
sima erit in gentibus. et deserta. terra arenosa
et inuia. a facie domini non habitabitur. sed redigetur in
solitudinem. omnis qui transibit per babilo
nem stupebit et sibilabit super uniuersis pla
gis eius. praeparauit enim babilonem in eructatione
omnes qui tendentes arcum delitescite eam.
ne parcatis iaculis quia domino peccauit. Cla
mate aduersus eam. ubique dedit manum.
ceciderunt fundamenta eius. destructi sunt
muri eius. quia ultio domini est ultionem accipite
de ea. sicut fecit facite ei. Disperdite sacrator
em babylonis. et tenentem falcem in tempore
messis a facie gladii columbae. Vnusquisque
ad populum suum conuertetur. et singuli in terram
suam fugient. israel dispersus est israel. leones
eum eiecerunt. primus comedit eum rex
assur. iste nouissimus contriuit eum. nabu
chodonosor rex babylonis. propterea haec dicit dominus
exercituum deus israel: Ecce ego ultiscar regem ba
bylonis et terram eius. sicut ultiscatus sum regem
assur. et reducam israel ad hereditatem suam.
et pascetur carmelus et basan et in monte
ephraim et galaad et saturabitur anima eius. In die
bus illis et in tempore illo ait dominus. quaerentur
iniquitates israel et non erit. et peccata iuda et non
inuenientur. quoniam propitiabor eis quos reliquero.
super terram dimittentes ascende. et super hereditatem
eius ultra. Vindemia et fractio quae polluit eos sed
ait dominus. et hic in terra omnia quae praeparauit
vox belli in terra et contritio magna. Quomodo
confractus est et contritus est malleus uniuersae
terae. Quomodo factus est in gentibus desertum
babylon in gentibus. Illaqueatus est et capta est ba
bilon. et nesciebat. inuenta es et apprehensa.
quia dominum provocasti. Aperuit dominus thesau
rum suum: et protulit arma irae suae. quia opus est
domino deo exercituum in terra chaldaeorum. Venite ad
eam ab extremis finibus. Aperite ei exercitus
quasi congregantes eam. Tollite de ea lapides
et redigite in acervos. et incendite eam. ne sit
quicquam reliquum. Disperdite uniuersos fructus
eius. deseruidant in occisione. Ve eis qui cu
dies eorum. tempus ultionis eorum. Vox fu
gientium et eorum qui euadunt de terra babylonis
babylonis. Annunciatur in Sion ultionem
dei dei nostri. ultionem templi eius. Annun
ciate in babylone. plurimis omnibus qui tendit

anui. Consistite adu sū eam p gyrū. nulla
euadat. Reddite ei sēdm opus suū: iuxta
omīa q fecit facite illi. qr cē dīm erecta ē
ad ūsum sēn isl. Ideo cadent iuuenes
eius ī plateis eius. et omēs uiri bellatores ei
ob uti cessabunt ī die illa ait dūs. Ecce ego
ad te supbe dicit dūs dēs exercituū. qr ueniet
dies tuus. tempus ultionis tuae. et
cadet supbia. et corruet. nō erit qui suscitet
eū. Et succendam ignem ī urbibus eius. et de
uorabit omnia ī circuitu eius. Hi dicit dūs
exercituū. Calumpniam sustinent filii i
srael. et filii iuda simul omnes. q ceperūt
eos captiuos. noluerūt dimittere eos. Redemptor
eorum fortis dūs exercituū. iudicio disceptabit
cum eis. ut requiescere faciat terram. et conmouebit ha
bitatores babilonis. et gladio adhibito dicit dūs. et habitato
res babilonis. et principes. et sapientes eius. gladio
ad diuisos eius. qr stulti erunt. gladius ad fortes
eius. et timebunt. gladius ad equos eius.
et ad currus eius. et ad omne uulgus qd est
ī medio eius. et erunt qsi mulieres. gla
dius ad thesauros eius q diripient. Sic
citus super aquas eius erit. et arescent. qr terra
sculptilium est. et ī portentis gloriantur. Ideo ha
bitabunt dracones cū struthionibus. et habi
tabit ī ea structura filiarum. et non inhabitabitur
ultra usque ī sempiternū: nō extruetur usq
ad generationem et generationem. Sicut subuertit
dēs sodomam et gomorram et uicinas eius ait
dominus. sic non habitabit ibi uir. nec habitet
eam filius hominis. Ecce populus ueniet ab aqui
lone. et gens magna et reges multi consur
gent a finibus terre. arcum et scutum apprehen
dent. crudeles sunt. et non miserebuntur. uox
eorum qsi mare sonabit. et super equos ascendent
sicut uir paratus ad prelium. ce te filia
babylon. audiuit rex babylonis famam
eorum. et dissoluta sunt manus eius. Angu
stia apprehendit eū dolores sicut parientem
tem. Ecce qsi leo ascendit de superbia iordanis.
ad pulchritudinem robustam. qr subito
eū faciam currere ad illam. et quis erit
electus quem proponam ei? Quis enim similis
mei. et quis sustinebit me? et quis est iste
pastor pastor q resistat uultui meo? Propter
audite consilium dūi q meditatus est ad
ūsum babylonis. et cogitationes eius q cō
gitauit super terram chaldeorum. nisi detrahent
eos paruuli greges. nisi dissipauerit super eam
ipsis habitaculum eorum. A uoce capti uitatis
babylonis commota est terra: et clamor inter
gentes audiatur. Hec dicit dūs. Ecce
ego suscitabo super babylonem. et super habitato
res eius qui cor suum leuauerunt sicut me quasi

uentum pestilentem. et mittam ī babylonem
uentilatores. et uentilabunt eam. et demo
lienturur eam eius. qm uenerunt super eam
undique ī die afflictionis eius. Sagittet tender
qui tendit arcum suum. et non ascendat lo
ricatus. Ne parcite iuuenibus eius. ī
disperdite omnem militiam eius. et cadent in
terfecti ī terra chaldeorum. et uulnerati ī regi
onibus eius. Quia non fuit uiduatus israel. et iuda
a deo suo domino exercituū. Terra autem eorum
repleta est delicto a sancto israel. fugite de medio
babylonis. et saluet unusquisque animam
suam. Ne moriamini in iniquitate eius.
qm tempus ultionis est dōi. retribuit di
ni ipse retribuet ei. Calix aureus ī manu do
mini babylon: inebrians omnem terram. De
uino eius biberunt omnes gentes. et ideo com
mote sunt. Subito cecidit babylon. et con
tricta est. ululate super eam. tollite resinam
ad dolorem eius: si forte sanetur. Curauimus
babylonem. et non est sanata: deliquimus ei
et camus unusquisque ī terram suam. qm
peruenit usq ad celos iudicium eius. et eleua
tum est usq ad nubes. profert dūs iustitias
nostras. Venite narremus ī sion opus dōi
dei nōi. Acuite sagittas. implete pharetras.
Suscitauit dūs spīm regum medorum. et dē
babylone meus eius. ut perdat eam: qm ul
tio dōi est. ultio templi sui. Super muros ba
bilonis leuate signum. Augete custodiam.
leuate custodes. parate insidias. qr cogi
tauit dūs. et fecit quecumq locutus est con
tra habitatores babylonis. q habitas super
aquas multas. locupleto ī thesauris. Subito
uenit finis tuus. pedalis pecunie eius
Iurauit dūs exercituum. per animam suam. qm
repleto te hominibus qsi bruchi: et super te
eleuma cantabitur. Qui fecit terram in
fortitudine sua. et preparauit orbem ī sapien
tia sua. et prudentia sua extendit celos. dā
te eo uocem: multiplicabuntur aquē ī celo. Et
eleuat nubes ab extremo terre fulgura in
pluuiam fecit. et produxit uentum de thesau
ris suis. stupuit omnis homo a scientia. Con
fusus est omnis conflator ī sculptili. qr mendax
conflatio eius nec est spiritus ī eis. Vana sunt opera
ridicula ī tempore ultionis suae
perdent. Non sicut hi partes iacob. qr fecit omia
ipse est. et ī israel sceptrum hereditatis eius dōs
exercituū nomen eius. Collidis mihi malleus tu
es. et ego collidam te. gentes. et disperdam
ī te regna. et collidam ī te equum. et equitem
eius. et collidam ī te currum et ascensorem
ei. et collidam in te uirum et mulierem. et collidam
ī te senem et puerum. et collidam in te iuuenem
et

babylon aurea uocitabitur. qui uenit uspiam acce
dit fuit ubi ceperat ante flagella deuperit. et a capite. et ēn abrecta salutis
ut ita q ut ceperat

et iugulet. et collidam in te pastores tuos gregem
eius. et collidam in te duces. et magistratus eius.
et collidam in te duces. et magistratus. et reddam
babylon: et cunctis habitatoribus chaldee omne
malum suum quod fecerunt in sion in oculis vestris
ait dominus. Ecce ego ad te mons pestifer ait
dominus. qui contrisas universam terram: et extendam
manum meam super te. et evolvam te de pe
tris. et dabo te in montem combustionis. et non
volent de te lapidem in angulum. et lapi
dem in fundamentum. sed perpetuus eris: ait
dominus. Levate signum in terra. clangite buc
cina in gentibus. Sanctificate super eam gentes.
ululate contra illam regibus aramoth.
minni. et aschanez. vocate contra eam tap
sar. adducite equum qui horrescit in aculeatis.
Sanctificate contra eam gentes. reges medo
rum eius. et universos magistratus eius.
cunctamque terram potestatis eius. et commo
vebit terra. et contremiscet. quia vigilabit super babi
lonem cogitatio domini. ut ponat terram
babylonis desertam et inhabitabilem. Cessa
verunt fortes babylonis a prelio. sederunt
in munitionibus. defecerunt potentie eorum. facte sunt
quasi mulieres. incensa sunt tabernacula
eius. contriti sunt vectes eius. Cursor contra cursorem
obviam curret. et nuntius contra nuntium
occurrit. ut annunciet regi
babylonis. quia capta est civitas eius a fine
usque ad finem. et vada preoccupata sunt.
et paludes incensae igni. et viri bellatores
conturbati sunt. Quia hec dicit dominus exercituum
deus israhel. filia babylonis qui area comparata
est eius. adhuc modicum. et veniet ar
messionis eius. Comedit me. devoravit
me nabuchodonosor rex babylonis. reddidit me qui
vacua est. obscurabit me sicut draco. reple
vit venter suum deliciis meis. et eiecit
me. attritus est me. ponam me sicut
vas babylonis. Dicet habitator sion: et sanguis mei
super habitatores chaldee dicet hierusalem. Ecce
ita dicit dominus. Ecce ego iudicabo causam
tuam: et ulciscar ultionem tuam. et deserti
faciam mare eius. et siccabo venas eius.
et erit babylon in tumulos. habitaculum
draconum. stupor et sibilus. eo quod non sit habitator. simul
ut leones rugient. Excutiente comam velu
ti catuli leonum. In calore eorum ponam potus
eorum. et inebriabo eos ut soporentur. et dor
miant somnum sempiternum. et non consur
gent dicit dominus. Deducam eos sicut
agnos ad victimam. et sicut arietes cum
hedis. Quomodo capta est sesach. et com
prehensa est laudatio universe terre. Quomo
do facta est in stupore babylon inter gentes. Ascen
dit super babylonem mare. in multitudine
fluctuum eius operta est. Facte sunt civitates eius
in stupore. terra inhabitabilis. et deserta terra
in qua nullus habitet. ne transeat per eam filius
hominis. Et visitabo super bel in babylone.
et eiciam quod absorbuerat de ore eius. et non
confluent ad eum ultra gentes. Siquidem
et murus babylonis corruet. Egredimini
de medio eius populus meus. ut saluet unusquisque
animam suam ab ira furoris domini. et ne formi
modo cor vestrum. et timeatis auditum quod
audietur in terra. venietque in anno auditus. et
post hunc annum auditus. et in quietate in terra.
et dominatus super dominatorem. Ecce dies
venient. et visitabo super sculptilia babi
lonis. et omnis terra eius confundetur. cum
universi interfecti eius cadent in medio eius. Et
laudabunt super babylonem celum et terra. et omnia
quae in eis sunt. quia ab aquilone venient ei pre
dones ait dominus. Et quomodo fecit babylon
ut cadant occisi in israhel. sic de babylone ca
dent occisi super universam terram. quia fugistis
gladium. venite nolite stare. Recordamini
procul dominum. et sit in ascendat super cor vestrum.
Confusi sumus quoniam audivimus opprobrium. o
perit ignominia facies nostra. quia venerunt
alieni super sanctificationem domus domini. Ecce
ecce dies venient ait dominus. et visitabo super
sculptilia eius. et in tota terra eius gemitus multo
rum. Si ascenderit babylon in celum. et si
munierit in excelso robur suum. a me venient
vastatores eius ait dominus. Vox clamoris de
babylone. et contritio magna de terra chaldeo
rum. quia vastavit dominus babylonem. et perdidit ex ea
vocem magnam. et sonabunt fluctus eius
ut aque multe. dedit sonitum vox eorum. quia
venit super eam. i. super babylonem predo. et
apprehensi sunt fortes eius. et contritus arcus
eorum. quia fortis ultor est dominus reddens retribuet. Et
inebriabo principes eius. et sapientes eius. duces
eius. et magistratus eius. et fortes eius. et dor
mient somnum sempiternum. et non exurgent.
ait dominus rex exercituum nomen eius. hec dicit dominus
exercituum murus babylonis. usque latissimus sit
fossione subtilietur. et porte eius excelse ig
ni comburentur. et laborabit populus in vacuum. et gentes
in igne eiusque deficient. Verbum
quod precepit ieremias propheta baruch filio nerie fi
lii maasiae cum scriberet in libro de ore ieremie in anno quarto
regis iosiae filii iosiae regis iudee in babylonem.
In anno quarto regis eius. sarias autem erat
princeps phetie. Et scripsit ieremias omne
malum quod venturum erat super babylonem
in libro uno omnia verba hec quae scripta sunt
contra babylonem. et dixit ieremias ad sariam. cum venisti babylo
nem. videbis legisque omnia verba hec. dicesque domine tu locutus es de lo
cum istum

Psalm. 19. Nedicetamico.

Ezec. 4. Sacerdotes dyemorum. Vs. 1. o. cap.

Ps. xxiv. b.

Re. iiii. xxxiiij.

ut dispergerel eum: nec hic q. i eo fuerit ab hoste
usq; ad pecul, et ut sic perpetua solitudo fui
q. cōpleuiq; lege libri ihū: ligabit eum
ad lapidem, precet illū i medio euphrates.
et dicet. Sic submerget babylon, et non
consurget a facie afflictionis q. ego adduco
sup eam: et dissoluetur. Hucusq; ubi ieremie.

Cap. li. xx. et unus annus erat sede
dias cū regnare cepisset. et undecim anni
regnauit i ierusalem, et non in eis eius annis
al. filia ieremie de lobna. et fecit malum
in oculis dni uni omnia q. fecerat ioachim, quia
furiosus dni erat i ierusalem. et iudicam usq; pro
iecit eos a facie sua. Et rebellauit sedechia a
rege babylonis. factū e i nono anno regni
eius i mense decimo. decima die mensis.
ueniens nabuchodonosor rex babylonis ipse
et omnis exercitus eius ad ciuitatem ierusalem. et obsedere
runt eam. Et edificauerunt contra eā mu
nitiones i circuitu. et fuit ciuitas obsi
dia usq; ad undecimū annū regis regis
sedechie. Mense iū qarto nona mensis
obtinuit fames: et cecidit ciuitas. et
fecerunt ei principes. et sederunt ad
portam quę est inter duos
muros. et egressus est rex per
uiam hortorum. et per portam
bellatorum eius fugerunt. et exierunt de
ciuitate nocte per uiam portę q. est inter duos
muros. et egressus est rex ad oratorium regis. et chaldei ob
sidentes urbem i gyro. et abierunt per uiā
q. ducit ad ieremiā. Persecutus e iū exercitus
chaldeorum regem. et apprehenderunt sedechi
am i deserto q. est iuxta ieriche. et omnis comitatus
eius dissipatus est ab eo. Cumq; comprehendissent
regem: adduxerunt eum ad regem babylonis i reblatha q. est in terra emath. et locutus
est ad eum iudicia. Et iugulauit rex babylonis
filios sedechie i oculis eius. et omnes principes
iuda occidit i reblatha. et oculos sedechie
eruit. et uinxit eum compedibus. et adduxit eum
rex babylonis i babylonem. et posuit eum i
domo carceris usq; ad diem mortis eius. In
mense iū quinto. x. mensis. ipse e annus xix.
nabuchodonosor regis babylonis. ueni nabuzardan
princeps militum q. stabat coram rege babylo
nis. et iecit domum dni. et domum regis. et
omnes domos ierusalem. et omnem domum magnā
igne combussit. et murum ierusalem per
circuitum destruxerunt caldei qui
erat cum magistro militum. De pauperibus autem
plebis de reliquo uulgo q. remanserunt in
ciuitate. et de profugis q. confugerunt ad
regem babylonis. et reliquum de multitudine ciuis
tulit nabuzardan princeps militum. De pau
peribus de terra reliquit nabuzardan princeps
militum i uineis et agris. Columnas
q. erant quoque erant i domo dni. et bases. et ma
re ereū q. erant i domo dni contriuerunt chal
dei. et tulerunt omne es eorum i babylonem.
Et lebetes. et uatinas. et fuscinas. et scyphos et omnes
uasa ereā q. in ministerio
fuerunt tulerunt. et ydrias. et thimiamia
teria. et turibula. et phialas. et candelabra.
et mortariola. et cyathos. Quorquor aurea
aurea. et quę argentea argentea. tulit ma
gister militum. Columpnas duas. et mare unū.
utrulos. xii. aureos q. erant sub basibus. quas
fecerat rex salomon i domo dni. Non erat pon
dus eius omnium uasorum. De columpnis
autem. x. et viii. cubiti altitudinis erat i co
lumpna una. et funiculus. xii. cubitorum circui
tus eam. Porro grossitudo ei. iiii. digitorum.
et fenestratura eius erat. et capitella super eam
q. erant. Alterius capitelli unū. v. cubitorum
et retiacula. et malagranata uno circuitu
et sic de pendentia. omnia malagranata
erant centum uelut circumdantia. Et tulit
magister militum sacerdotem primum
et secundum sacerdotem secundum. et tres custodes
ueshibuli. et tulit de ciuitate eunuchum unum
q. erat prepositus super uiros bellatores. et septem
uiros de uiis q. uidebantur stare coram rege q. in
ueniti sunt i ciuitate. et scribam principem
militum q. percutiebat populum terre. et sexaginta ui
ros de populo terre. q. inuenti sunt i medio ciuita
tis. Tulit autem eos nabuzardan magister
militum. et duxit eos ad regem babylonis i re
blatha. et percussit eos rex babylonis. et mortui
sunt. sic e iudea de terra sua. Iste e populus q. transtulit
nabuchodonosor. i anno septimo iudee. xxiii. et
xxiii. in anno. xviii. nabuchodonosor. de ierusa
lem animas octingentas. xxxii. in anno. xx. iii.
nabuchodonosor transtulit nabuzardan magister
militum iudeos animas septingentas quinquaginta
quinque. omnes ergo animę. iiii. ml. sexcentę.
Factū e i anno xxxvii. anno transmigrationis ioachim
regis iude. xii. mense. xxv. mensis. et eleuauit
nabuchodonosor rex babylonis ego anno quo
ceperat regnare. et educit
eū de medio carcere. et locutus e cum eo bona
et posuit thronum eius super thronos regum qui
erant p se i babylone. et mutauit uestimenta
carceris eius. et comedebat panem coram eo semper
cuncti diebus uite suę. et cibaria eius. sibi
ita ppetua dabantur ei. a rege babylonis.
singulis diebus usq; ad diem mortis suę. cunctis diebus uite eius.

Re. iii. xxxv.

Re. iii. xxxvi.

Re. iii. xxxvii.

Re. iii. xxxviii.

Re. iii. xxxix.

Re. iii. xxxix.

Re. iii. xxxvi.

Marchiadus principes eiusque destruit. quinque
milia ciuium deportantur. nonnulli perdit.

Aleph

Quomodo sedet sola ciuitas plena
populo facta est quasi uidua domi
na gentium princeps prouincia
rum facta est sub tributo. Beth.
Plorans plorauit in nocte. et lacri
me eius in maxillis eius. non est
qui consoleatur eam ex omnibus ea
mis eius. Omnes amici eius spreu
erunt eam. et facti sunt ei inimi
ci. Gimel. Migrauit iudas propter
affliccionem et multitudinem
seruitutis. habitauit inter gen
tes. nec inuenit requiem. omnes
persecutores eius apprehenderunt
eam inter angustias. Deleth.
Viae sion lugent eo quod non sint qui
uenant ad sollempnitatem. omnes
portae eius destructae sacerdotes ei
gementes. uirgines eius squali
de et ipsa oppressa amaritudine.
He. facti sunt hostes eius in capite
inimici eius locupletati sunt
quia dominus locutus est super
eam. propter multitudinem iniq
uitatum eius parruli eius ducti

sunt capitis. ante faciem tribu
lantis. Pau. Et egressus est a filia
sion omnis decor eius. facti sunt
principes eius uelut arietes non
inuenientes pascua. et abierunt
absque fortitudine ante faciem sub
sequentis. Zai. Et recordata est ie
rusalem diebus afflictionis sue
et preuaricationes omnium deside
rabilium suorum quæ habuerat a die
bus antiquis. cum cideret populus
eius in manu hostili. et non esset au
xiliator. Viderunt eam hostes. de
riserunt sabbata eius. Heth. Peccatum
peccauit ierusalem propter
instabilis facta est. omnes qui glo
rificabant eam spreuerunt illam.
quia uiderunt ignominiam eius.
ipsa autem gemens et conuersa re
rorsum. Teth. Sordes eius in pe
dibus eius. nec recordata est finis sui.
deposita est uehementer non habens
consolatorem. Vide domine afflic
tionem meam. quia erectus est
inimicus meus. Iod. Manum
suam misit hostis ad omnia de
siderabilia eius. quia uidit gen
tes ingressas sanctuarium suum.

: exod. i. mp.
Re. i. Jos.
Job. xxiii.
Tob. iii.

: p. xxxiii.

: exod. i.
ps. v.
p. xlv.
: xli. iii.

Re. iii. xxxiii. xxxvi.
ps. i. iii. xl.

de quibus preceperas ne introirent
in ecclesiam tuam. Caph Omnis
populus eius gemens et quærens pa
nem. dederunt pretiosa quæque pro
cibo ad refocillandam animam.
vide domine et considera quoniam
facta sum vilis. Lamed O vos
omnes qui transitis per viam: at
tendite et videte si est dolor sicut
dolor meus quem vindemiavit me
ut locutus est dominus in die ira
furoris sui. Men De excelso misit
ignem in ossibus meis et erudivit me
expandit retem pedibus meis. con
uertit me retrorsum. posuit me
desolatam tota die mœrore confe
ctam. Sin. Vigilauit iugum iniq
uitatum mearum in manu eius.
aggrauatus est iugum suum super
ceruicem meam: convoluit fortit
et imposuit collo meo. infirmata
est virtus mea: dedit me dom
inus in manus de quibus non poterio
surgere. Samech Abstulit omnes
magnificos meos dominus de
medio mei: vocauit aduersum me
tempus. ut contereret electos
meos. torcular calcauit dominus uir

Deut. cviii. cix

Gemens populus quærit panem cum prouisionum mulier cuiusdam affligitur. quæ non aliorum de ipsorum fuit recordata sed aperuit sibi proprio desiderio. quæ mortem suam in apertum transitum delectationis inclinat. et reficiat animam suam. qui pauperis huius desiderius satisfacere conatur. vis bonus. quæ certe illius electæ mulieris domus fuisse. vide et vilis quæque plebs deffitatum quæ pro nuncio nisi refoente. in est nonnumquam celebrari abinera et rerum soeratur.

Et omnia pleni non quam transeunt sicut pauperi attende. lucem cordis elegi videre nesciunt. illos qui in te loco sunt sedere oportet. qui humide et diuum non horrere.

Deut. xxxi.
Iob. xvi.
Ieremie. iii. lv.

Ps. cxl. viii.
Ieremie. xxvi.
Iob. xv. i.
Ecc. xxii.
Ieremie. xlvi. lxxxviii.
Ps. xxx.

Ps. xii.

Ps. lxxiii. i.

gnu filie uida. Aun|de ego plo
rans. et oculus meus deducens aq̃
quia longe factus est a me consolator.
conuertens animam meam. facti sunt
filij mei pdm quoniam inualuit
inimicus Plc Expandit syon ma
nus suas non est qui consoletur eam.
mandauit aduersum iacob in cir
cuitu eius hostes. facta est ierusalem
quasi pollutio menstruis in medio eorum.
Sade|iustus est dominus quia os eius
ad iracundiam prouocauit. Audi
te obsecro uniuersi populi. et uidete do
lorem meum. uirgines mee. iu
uenes mei abierunt in captiu
itatem. Coph. Vocauit amicos me
os. et ipsi deceperunt me. Sacerdo
tes mei. et senes mei in urbe consum
ti sunt. quia quesierunt cibum sibi.
ut refocillarent animam suam. Res
pide domine quoniam tribulor. uenter
meus conturbatus est. subuersum
est cor meum in memetipsa. quoniam
amaritudine plena sum. foris in
terfecit gladius. et domi mors si
milis est. Gim Audierunt quia
ingemisco ego. et non est qui con
soletur me. Omnes inimici mei

Vbi gladius in carnibus eorum sunt uiuedicta obfigit. Ego in flagella qui sum paratus et in cruciatibus exceptis sorbibus mundi non est.

.. p. cxvii. Sada.
Edm. xxix. fi.

: xl. iij.

.. dep. cliij.
Ps. xxiii. f.
Iob. xvii.

Adoo. ii. xxii. c.

audierunt malum meū. letati
sunt quoniam tu fecisti. adduxisti diem consolationis. et fiant
similes mei Thau Ingrediatur
omne malum eorum coram te: et
deuindemiasti eos sicut uindemiasti me. propter omnes iniquitates meas.
multi enim gemitus mei. et
cor meum merens. Aleph.

Quomodo obtexit caligine
in furore suo dominus filiam sion. proiecit de celo terram inclitam israel:
et non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. Beth Precipitauit dominus nec pepercit
omnia speciosa iacob. destruxit
in furore suo munitiones filiae
iuda: deiecit in terram. polluit
regnum. et principes eius Gimel.
Confregit in ira furoris sui omne
cornu israel. auertit retrorsum dexteram suam a facie inimici. et incendit in iacob quasi ignem
flammae deuorantis in gyro. Deleth. Tetendit arcum suum
quasi inimicus. firmauit dexteram quasi hostis. et occidit omne quod pulcrum erat uisu in

Filia lumen scie
uine. et non est. qui
q̄ peccatis scriptum est in celo
et peccata mirum, psal.

Filius et spiritus sunt septiformis di

tabernaculo filie syon. effudit qui
ignem indignationis suae. He.
factus est dominus velut inimicus
praeparavit dextram suam. praecipitavit
omnia menia eius. dissipavit
munitiones eius. et replevit in
filia iuda humiliatum. et humi
liatam. Vau. Et dissipavit quasi
ortum tentorium suum. demo
litus est tabernaculum suum. obli
vionem tradidit dominus in syon festi
vitatem et sabbatum. et obpro
brio. in indignatione furoris sui
regem et sacerdotem. Zai. Reppu
lit dominus altare suum. maledi
xit sanctificationi sue. tradidit in
manus inimici muros turrium
eius. vocem dederunt in domo do
mini. sicut in die sollempni. Heth.
Cogitavit dominus dissipare mu
rum filie syon. tetendit funiculum
suum. et non avertit manum suam
a perditione. luxitque ante mu
rum. et murus pariter dissipatus est.
Theth. Defixe sunt in terra porte
eius. perdidit et contrivit vectes eius.
regem eius et principes eius. in
gentibus non est lex. et prophete

Gen. xxx. h.

Iex. lxxxvi. g. n.

Quia ceciderunt populi eius in terra eius dissipavit et contrivit vectes eius. Sibi populum tentorium vocavit. tentorium quia dicit apostolus. Habemus quoniam si terrestris domus nostra tabernaculi dissolvatur quia habemus aedificationem a deo domum non manufactam aeternam in celis. Quasi tentorium iudaeorum disperdit. et sub tentorio iudaeorum quasi oculus iudaeorum disperdit. et pulcritudo israel in medio gentium fine cessavit pagelus.

eum non inuenerunt uisionem
a domino. Joth Sedebunt in terra.
conticescent senes filie sion. con
sperserunt cinere capita sua. accin
gunt se cilicio. abiecerunt in terram capita sua uirgi
nes ierusalem. Defecerunt pla
centes oculi mei. conturbata sunt
uiscera mea. effusum est in terra
iecur meum. super contritione fi
lie populi mei. cum deficeret par
uulus et lactens in platheis oppidi.
Lamec. Matribus suis dixerunt
ubi est triticum et uinum. cum
deficerent quasi uulnerati in pla
teis ciuitatis. cum exalarent a
nimas suas in sinu matrum suarum.
Chen Cui comparabo te. uel cui
assimilabo te filia ierusalem. cui
equabo te et consolabor te uirgo
filia sion. magna enim uelut
mare contritio tua. quis medebi
tur tui. Sin Profecto uiderunt
tibi falsa et stulta. nec ape
riebant iniquitatem tuam. ut te
ad penitentiam prouocarent. ui
derunt autem tibi assumptiones
falsas et eiectiones. Samech.

Prophete uiuacem clarge detorchinuq; nocant. qedri fugitiui et pfugi nuncupant. que sunt uenenum pestiferum. quos dum fme falsa uidere redarguunt. qui dii culpis corpmetiunt in cassum dolis quoque bi primissa secum tacite blandiunt. Et iniquitates peccatorum suas aperiunt. et alii ut repanoisi ueccotiqesaunt. claus apperapaonis fme correptionis. et in ipunde culpam detegit quam sepe relaxat ipse ctus q ppetrauit.

Plauserunt sup te manibus omnes
transeuntes per uiam. sibilauerunt
et mouerunt capitd suum
super filiam ierlim. hecine urbs
dicentes perfecti decoris. gaudium
uniuerse terre. Aperuerunt
sup te os suum omnes inimici
tui: sibilauerunt et fremuerunt
dentibus. et dixerunt deuorabimus.
en ista dies quam expectabamus
inuenimus. uidimus. phe fecit
dominus que cogitauit. complet
uit sermonem suum quem pre
cepit in diebus eorum a diebus an
tiquis. destruxit et non pepercit.
et letificauit super te inimicum et
exaltauit cornu hostium tuorum.
Sade Clamauit cor meum ad dom
inum super muros filie syon: deduc
quasi torrentem lacrimas per die
et noctem: non des requiem tibi.
neque taceat pupilla oculi tui. in
Coph. Consurge laudi in nocte
in principio uigiliarum. effunde
sicut aqua cor tuum ante consp
ectum domini. leua ad eum ma
nus tuas pro animabus puerorum
tuorum qui defecerunt in fame et

Sed diuq allide manu

Plenum timuit

Spem

..tex. hyppo.

..tex. Lx
f. exam. phe.
Iob. xv. fm.

in capite omnium compedium.
Resp. Vide domine & considera q
uis fecerit mihi. ergo ne com
medant mulieres fructum su
um: parvulos ad mensuram a
palme. si occiditur in sanctuario
domini sacerdos & sphera. Syn. Ja
cuerunt in terra foris. puer. et
senes. virgines mee & iuvenes
mei. ceciderunt in gladio. inter
fecisti in die furoris tui. percussi
sti nec miseratus es. Thau. Vocasti
quasi ad diem sollempnem q
terrerent me de circuitu. & non fu
it in die furoris domini qui effu
gerit. et relinquerit quos educa
vi & enutrivi inimicus meus
consumpsit eos. Aleph.

Ego vir videns paupertatem
meam in virga indignationis e
ius. Aleph. Me minavit. et ad
duxit in tenebras: & non in luce.
Aleph Tantum in me vertit: &
convertit manum suam tota
die. Beth Vetustam fecit pellem
meam. & carnem meam. contri
vit ossa mea. Beth Edificavit in
gyro meo. & circumdedit me fel

Virga indignationis dei & percussio divine ira. quam ira
scilicet tue so pulit. ei expansio pulsus. ut erat in mi
gandi dum assumpsit. Sed. ubi qd in ossant offe
dum q. ut presens. ut ne pertinam. ubi illa potestens
ingemitus fuerunt cecidere. sed. Ego. & ubi enim
ad hoc hec insibilia aperuit pugnantes iste malum &
scilicet. & hoc pm iude qd pater nostr.

le. ⁊ labore. Beth In tenebris collo
cauit me. quasi mortuos sem
piternos. Gimel. Circumedifica
uit aduersum me ne non egre
diar. aggrauauit compedem
meam Gimel Et cum clama
uero. ⁊ rogauero excludit oratio
meam. Gimel. Conclusit uias
meas lapidibus quadris: semita
meas subuertit. Deleth. Ursus
insidians factus est mihi leo in
abscondito. Deleth. Semitas
meas subuertit. ⁊ confregit me
posuit me desolatam. Deleth.
Tetendit arcum suum et posuit
me quasi signum ad sagittam.
He Misit in renibus meis filias
pharetre sue. He factus sum in
derisum omni populo meo. can
ticum eorum tota die. He Repleuit
me amaritudinibus. et inebria
uit me absinthio. Vau Et con
fregit ad numerum dentes me
os. cibauit me cinere. Vau Et
repulsa est anima mea. oblit
sum bonorum. Vau. Et dixi peri
uit finis meus. ⁊ spes mea a dom
no. Zain. Recordare paupertatis ⁊

Constat qui dare signum potest ut fugiat arcum eius fiat omnipotens. fidelem quoque signum hostis sui est potestas quorum sed suis arcibus impetere quae suis sagittis affligit, qui dum nimia fiducia nimia collit nihil in quo posit, ne capere perceuit.

al. transgressionis

transmigrationis mee. Ablan
chij et fellis. Zai. Memorata me
mor ero: et tabescet in me anima
mea. Zai. Hoc revolens in corde meo
ideo sperabo. heth. Misericor
die domini quia non sumus
consumpti. quia non defecerunt
miserationes eius. heth. Nouis
diluculis multa est fides tua. he
th. Pars mea dominus dixit a
nima mea: propterea expecta
bo eum. theth. Bonus est domi
nus sperantibus in eum. anime
querenti illum. theth. Bonum
est prestolari cum silencio salutare
dominj. theth. Bonum est eum
cum portauerit iugum ab adole
scentia sua. Joth. Sedebit soli
tarius. et tacebit. quia leuauit
se super se. Joth. Ponet in pul
uere os suum. si forte sit spes.
Joth. Dabit percutienti se maxil
lam. saturabitur opprobriis. Ca
ph. Quia non repellet in sempi
ternum dominus. Caph. Quia
si abiecit et miserebitur: secundum mul
titudinem miserationum suarum.
Caph. Non enim humiliauit ex

corde suo: et abiecit filios hominis.
Lamech. Vt conteratur sub pe
dibus suis omnes uinctos terre.
Lamech. Vt declinaret iudicium
uiri in conspectu uultus altissi
mi. Lamech. Vt peccaret homi
nem in iudicio suo dominus ig
norabit. Men. Quis est iste qui
dixit ut fieret domino non ui
dente. Men. Ex ore altissimi non
egredientur. mala nec bo
na. Men. Quid murmurat
homo uiuens. uir pro peccatis
suis. Sun. Scrutemur uias nras.
et quaerimus et reuertamur ad
dominum. Sun. Leuemus corda
nra cum manibus ad dominum
in celis. Sun. Nos iniqui egimus
et ad iracundiam provocaimus.
idcirco tu inexorabilis es. Sa
ech. Operuisti in furore. et perse
cutus nos. occidisti nec pepercisti.
Samech. Opposuisti nubem tibi
ne transeat oratio. Samech. Eiec
tionem et abiectionem po
suisti me in medio populorum.
fe. Aperuerunt super nos os suum
omnes inimici. fe. Formidet

laqueus facta ē nobis uarinatio
et contritio. fe. Diuisiones aq̃
deduxerunt oculi meis. ī contritio
ne filie populi mei. Ant. Oculus
meus afflictus ē ne tacuerit. eo qd̃
non esset requies. Ant. Vbi nec res
pieret. ī uideret dominū de celis.
Ant. Oculus meus depredatus est
animam meam in omnibus filia
bus urbis mee. Sade. Venantes
ceperunt me. quasi auem inimi
ci mei gratis. Sade. Lapsa est in
lacu uita mea. ī posuerunt la
pidem sup me. Sade. Inundauē
runt aque sup caput meū. dixi
perij. Coph. Inuocauī nomen tu
um domine de lacu nouissimo.
Coph. Vocem meam audisti. ne a
uertas aurem tuam a singultu
meo. ī clamoribus. Coph. Appro
pinquasti in die quando inuo
cauī te. ī dixisti ne timeas. Rel.
Iudicasti domine causam am
me mee. redemptor uite mee. Rel.
Vidisti domine iniquitatem
eorū adūsum me. ī iudica iudici
um meum. Res. Vidisti domine
omnem furorem. uniuersam eo

gritudines eorum aduersum me. Syn.
Audisti obprobria eorum domine
omnes cogitationes eorum aduer
sum me tota die. Syn. Labia in
surgentium mihi: et meditatio
nes eorum aduersum me tota die.
Syn. Sessionem eorum et resurrectio
nem eorum uidi. ego sum psallum
eorum. Thau. Redde eis uicem dñe
iuxta opera manuum suarum. Th
au. Tabis eis scutum cordis labo
rem tuum. Thau. Persequeris
eos in furore. et conteres eos sub
celis domine. Aleph

Quomodo obscuratum est
aurum. mutatus est color optu
mus. dispersi sunt lapides sanc
tuarii in capite omnium plate
arum. Beth. Filii sion inclyti. et
amicti auro primo quomodo
reputati sunt in uasa testea. o
pus manuum figuli. Gimel.
Sed et lamie nudauerunt mam
mam. lactauerunt catulos su
os. filia populi mei crudelis qui
structio in deserto. Deleth. Ad
hesit lingua lactantis ad pala
tum eius in sitim. paruuli petierunt

panem: ⁊ non erat qui frangeret eas. He. Qui uoluptuose uesci cupiunt interierunt in uiis. qui nutriebantur in croceis: amplexata sunt stercora. Vau. Et maior effecta ē iniquitas filie populi mei peccato sodomorum que subuersa ē in momento: ⁊ non ceperunt in ea manus. Zai. Candidiores sunt nazaei eius nive. nitidiores lacte. rubicundiores eburne antiquo. saphyro pulchriores. Heth. Denigrata est super carbones facies eorum. et non sunt cognoti in platheis. adhesit carnes eorum ossibus eorum. arida facta est quasi lignum. Thet. Melius fuerunt occisis gladio: quam interfectis fame. quoniam isti extabuerunt. consumpti sunt ab sterilitate terre. Iod. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos et facti sunt cibi eorum in contritione filie populi mei. Cayh. Complevit dominus furorem suum effudit iram indignationis sue. ⁊ succendit ignem in syon. et devoravit fundamenta eius. Lamec. Non crediderunt reges terre.

Tod. ccc.

S. o. xx. Sg. ssss.

Tey. Cayh. Iodh. Lam.

lvii. cap. ij. ii. Crat. vegetus. xo. vii. f.

et uuuersi habitatores urbis.
quoniam ingrederetur hostis.
et inimicus per portas eius. Men.
Propter peccata prophetarum eius. et in
quitates sacerdotum eius. qui
effuderunt in medio eius sang
nem iustorum. Sin. Erraverunt
ceci in platheis. polluti sunt san
guine. cumque non possent tetigerunt
tunicas suas. Samech.
Recedite polluti clamaverunt
eis. recedite abite nolite tange
re. iurgati quippe et com
moti dixerunt inter gentes. non
addet ultra ut habitet in eis.
Fe. Faciem domini divisit eos. non
addet ut respiciat eos. faciem sacer
dotum erubuerunt non. neque
senium miserti sunt. Ain. Cum
adhuc subsisteremus. deficerunt
oculi nri. ad auxilium nostrum
vanum. cum respiceremus ad te
ri ad gentem que salvare non po
terat. Sade. Subplantaverunt vestigia
nra ne iremus per platearum
nostrarum. appropinquavit finis
noster. completi sunt dies nri.
quia venit finis nr. Coph. Velo

M I

cores fuerunt persecutores nostri
aquilis celi. super montes perse
cuti sunt nos. in deserto insidia
ti sunt nobis. Res. Spiritus oris no
stri xpc dominus captus est in pec
catis nostris. quem diximus in um
bra sua uiuemus in gentibus. A
Syn Gaude et letare filia edom. que
habitas in terra hus. ad te quoque pe
ueniet calix. inebriaberis atque nu
daberis. Thau. Completa est
iniquitas tua sion. non ad
det ultra ut transmigrette te. ui
sitauit iniquitatem tuam filia
edom. discooperuit peccata tua.

A B

Gaude tota ⁊ noli malis hostes facere ut spiritus tuus a malis peccatis in nullum nobis malis ne prouocare uideamur.

4

Tu.

Tuus. Vnus.

Oratio ieremie prophete.
Recordare domine quid acciderit
nobis. intuere & respice opprobrium
nostrum. hereditas nostra conversa est ad alienos.
domus nostre ad extraneos. pupilli
facti sumus absque patre. matres nostre quasi viduae.
Aquam nostram pecunia bibimus. ligna no
stra pretio comparavimus. Cervicibus
minabamur: lassis non dabatur req
ies. Egypto dedimus manum. et assy
rijs ut satiaremur pane. patres nostri
peccaverunt & non sunt: & nos iniquitates
eorum portavimus. Servi dominati sunt
nostri & non fuit qui redimeret de manu
eorum. In animabus nostris afferebamus
panem nobis a facie gladij & deserti.
pellis nostra quasi clibanus exusta est. a fa
cie tempestatum fame. Mulieres in
sion humiliaverunt virgines in iuda.
Principes manu suspensi sunt. facies
senum non erubuerunt. Adolescentes
ad molendum sustulerunt. et pueri in
ligno corruerunt. Senes de portis defe
cerunt: et iuvenes de choro psallentium.
Defecit gaudium cordis nostri. versus est in
luctum chorus noster. Cecidit corona capitis
nostri. ve nobis quia peccavimus. propterea
maestum factum est cor nostrum. ideo contenebrati
sunt oculi nostri. super montem sion quia
disperit: vulpes ambulaverunt in eo. Tu
autem domine in eternum permanebis. et
solium tuum in generatione & generatio
nem. Quare in perpetuum obliviscis
nostri & derelinquis nos in longitudinem
dierum. Convertere nos domine ad te. & con
vertemur. innova dies nostros sicut a prin
cipio. Si proiciens repulisti nos. usque
quo contristaris nobis vehementer. prologus baruch

Liber iste qui baruch nomine prenotatur
in hebreo canone non habetur sed
tantum in vulgata editione. Similiter & epla
ieremie. sed noticiam eius legenti
um hic scripta sunt quia multa de
xpo novissimisque temporibus indicant.

ab auctoritate

.. Ps. 1. xxj.

.. Adhe. v.

.. Thre. 1. Jhon. Si.

BA BV C

ETHISTI

1

Et hec sunt uerba libri q scripsit baruch
filius neriae. filius maasei. filii sedeniae
filii sedi. filii helciae. In babylonia in anno
quinto. in vii. die mensis. in tempore quo
ceperunt caldei ierusalem. et succenderunt
eam igni. Et legit baruch uerba libri
huius. ad audiencia iechonie filii ioachim
panem tuum in fornace coquebat. sed et aquam tuam
in festinatione. et mestos bibebat. et dicet ad
eum. hec dicit dominus deus. ad habitatores
hierusalem super terram israel. panem suum in sollicitudi
ne comedent. et aquam suam in desolatione
bibent. ut desolentur terra a multitudine
sua. propter iniquitatem omnium qui habitant in ea.
Et civitates que nunc habitantur. desolabuntur
erunt. terraque deserta. et scietis quia ego dominus.
Et factum est sermo domini ad me dicens. fili ho
minis quid est proverbium hoc vobis in terra israel.
dicentium. in longum differentur dies. de
ficient omnis visio. Ideo dic ad
eos. hec dicit dominus deus. Quiescere faciam
proverbium istud. neque vulgo dicetur ultra in
israel. sed loquere ad eos. quia appropinquaverunt
dies. et sermo omnis visionis. quod erit.
ultra omnis visio cassa. neque divinatio am
biguia in medio filiorum israel. quia ego dominus loquar
quod locutus fuero verbum. et fiet. non
prolongabitur amplius. sed in diebus vestris domus
exasperans loquar verbum. et faciam illud
dicit dominus deus. Et factum est sermo domini ad me di
cens. fili homo ecce domus israel dicentium.
visio quam hic videt in diebus multis. et in tempo
ra longa iste prophetat. propterea dic ad eos. hec dicit
dominus deus. non prolongabitur ultra omnis
sermo meus. verbum quod locutus fuero complete
sit dicit dominus deus. Et factum est sermo domini
ad me dicens. fili hominis ecce hi qui assumpti sunt ad
prophetandum israel qui prophetant. dic eis. prophetate
de corde suo. audite verbum domini. hec dicit
dominus deus. ve prophetis insipientibus qui sequuntur
spiritum suum. et nihil viderunt. quasi vulpes in desertis
prophete tui israel erant. non ascendistis ex adverso.
neque opposuistis murum pro domo israel ut
staretis in proelio in die domini. viderunt va
na. et divinantes mendacium. dicentes ait
dominus. cum dominus non miserit eos. et expectaverunt
confirmare sermonem. Numquid non visionem
cassam vidistis. et divinationem mendacem
loquimini cum dicitis. ait dominus cum ego
non sim locutus. propterea hec dicit dominus deus. Quia lo
cuti estis vana. et vidistis mendacium. idcirco
ecce ego ad vos ait dominus deus. et erit
manus mea super prophetas qui videntur vana.
et divinantes mendacium. in concilio populi mei
non erunt. et in scriptura domus israel non scribe
entur. neque terram israel ingredientur. et scietis
quia ego dominus deus. eo quod deceperint populum
meum dicentes. pax et non est pax. Et ipse
edificabat parietem. illi autem linebant eum
luto absque pulcro. Dic ad eos qui linunt
absque temperatura. quia erit imber. et emit
ymber inundans. et dabo lapides pregrandes
desuper irruentes. et ventum procellosum dissipa
bit. siquidem cecidit paries. nonne quid
non dicetur vobis ubi est tura qua linistis
super ea hec dicit dominus deus. Et erumpere fa
ciam spiritum procellosum in indignatione mea.
et ymber inundans in furore meo erit. et la
pides grandes in furore in consumptionem. et
destruam parietem qui linistis absque pul
cro. et adequabo eum terre. et revelabitur fun
damentum eius. et cadet. et consumetur in
medio eius. et scietis quia ego sum dominus. Et
complebo indignationem meam in pa
rietem. et his qui linunt eum absque temp
ramento. dicamque vobis. non est paries. neque
sunt qui linunt eum. prophete israel qui prophetant
ad hierusalem. et videntes ei visionem pacis. et
non est pax. ait dominus deus. Et tu fili hominis pro
nere faciem tuam contra filias populi tui que prophetant
de corde suo. et vaticinare super eas. et dic. hec
dicit dominus deus. ve quibus consuunt pulvillos sub
omni cubito manus. et faciunt cervicalia
sub capite universe etatis ad capiendas ani
mas. cum capiunt animas populi mei. numquid
salvant animas eorum. et vivificabant me ad
populum meum propter pugillum ordei. et frustum
panis. ut interficerent animas quas non mo
riuntur. et vivificarent animas quas non vivunt.
mentientes populo meo audienti mendacia.
propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego ad pulvil
los vestros quibus capitis animas volantes.
et dirumpam eos de brachiis vestris. et di
mittam animas quas vos capitis animas
ad volandum. et dirumpam cervicalia
vestra. et liberabo populum meum de manu vestra.
neque erunt ultra in manibus vestris ad prey
dam. et scietis quia ego dominus. propterea quia contristastis
cor iusti mendacibus cum ego non con
tristavi. et confortastis manus impii. ut
non revertatur a via sua mala et vivificet

Gradiere ascende. p defensione g gr. iuvare liberare h. mundi potestatibus. contemnere. indiscrete. i. p. f. p. pulsa decernere. k. instituere. amore resistere. passim et recta. unum esse dei. quod aliud est quod ecce ga. pinnisse. quomodo. si. p. rege se obicere. mur. p domo israel hostib. se opponere.

Pulvillos. fulcra. a. m. ponitis. cadentes. ad sua recumbendum. aliis. se humi
liando. delectando. blandis adulationibus referuere. q. e. pul. o
bie. l. cervicalia. capitis. incertis. capitis. cui corporis. durum. pecunia
fulcrabat. q. mollia facitis. adhibet. in tempore mollit. excort. que
nulla asperitas. videbatur. corporis pulsat.

propterea vana non videbitis et divinationes
non divinabitis amplius. Et eruam populum
meum de manu vestra. et scietis quia ego dominus.
XIV Et venerunt ad me viri seniorum israel et sede
runt coram me. Et factus est sermo domini ad me
dicens. fili hominis viri isti posuerunt in
mundicias suas in cordibus suis. et scanda
lum iniquitatis sue statuerunt contra
faciem suam. numquid interrogatus respon
debo eis. propter hoc loquere eis. et dices ad eos. hec
dicit dominus deus. homo homo de domo israel
qui posuerit inmundicias suas in corde suo.
et scandalum iniquitatis sue statuerit
contra faciem suam et venerit ad prophetam
interrogans per eum me. ego dominus responde
bo ei in multitudine inmundiciarum suarum.
ut capiatur domus israel in corde suo quo rece
sserunt a me in cunctis ydolis suis. propterea dic
ad domum israel. hec dicit dominus deus. Convertimi
ni et recedite ab ydolis vestris. et ab universis
vestris contaminationibus avertite facies ve
stras. quia homo homo de domo israel. et de proselitis
quicumque advena fuerit in israel. si alienatus
fuerit a me. et posuerit ydola sua in cor
de suo. et scandalum iniquitatis sue statuerit
contra faciem suam. et venerit ad prophetam
ut interroget per eum me. ego dominus
respondebo ei per me. Et ponam faciem
meam super hominem illum et faciam eum
in exemplum et in proverbium. et disperdam eum
de medio populi mei. et scietis quia ego
dominus. Et propheta cum erraverit. et locutus fuerit
verbum. ego dominus decepi prophetam illum. et exten
dam manum meam super illum. et delebo
eum de medio populi mei israel. et portabunt iniquitatem
suam iuxta iniquitatem interrogantis. Sic ini
quitas prophete erit. ut non erret ultra domus
israel a me. neque polluatur in universis pre
varicationibus suis. sed sit mihi in populum.
et ego sim eis in deum. ait dominus deus.
~~exercituum~~ Et factus est sermo domini ad me dicens.
fili hominis terra cum peccaverit mihi. ut pre
varicetur prevaricans. extendam ma
num meam super eam. et conteram virgam
panis eius. et inmittam in ea famem. et inter
ficiam de ea hominem et iumentum. Et
si fuerint tres viri isti ~~noe~~ in medio
eius. noe. et daniel. et iob. ipsi iusticia sua
liberabunt animas suas ait dominus exercitu
um. Quod si et bestias pessimas induxero
super terram. ut vastem eam. et si fuerit
invia. eo quod non sit pertransiens propter bestias.
tres viri isti si fuerint in ea. vivo ego di
cit dominus deus. quia nec filios nec filias
liberabunt. sed ipsi soli liberabuntur.

terra autem desolabitur. Vel si gladium induxero super
illam. et dixero gladio transi per terram. et interfe
cero de ea hominem et iumentum. et tres viri
isti fuerint in medio eius. vivo ego dicit
dominus deus. non liberabunt filios neque filias sed
ipsi soli liberabuntur. Si autem et pestilentiam
inmisero super terram illam. et effudero indig
nationem meam super eam in sanguine. ut
auferam ex ea hominem et iumentum. et noe.
et daniel. et iob. fuerint in medio eius. vivo e
go dicit dominus deus. quia filium et filiam non li
berabunt. sed ipsi iusticia sua liberabunt animas
suas. quoniam hec dicit dominus deus. Quod et si quatuor iudi
cia mea pessima. gladium. et famem. et bestias
malas. et pestilentiam inmisero in ierusalem. ut
interficiam de ea hominem et iumentum. tamen re
linquetur in ea salvatio educentium filios
et filias. Ecce ipsi egredientur ad vos. et videbi
tis viam eorum. et adinventiones eorum. et con
solabimini super malo quod induxi in ierusalem.
in omnibus que portavi super eam. et consolabun
tur vos cum videritis viam eorum. et adin
ventiones eorum. et cognoscetis quia non frustra
fecerim omnia que feci in ea ait dominus deus. XV Et
factus est sermo domini ad me dicens. fili hominis
quid fiet ligno vitis ex omnibus lignis nemo
rum que sunt inter ligna silvarum. numquid tolletur
de ea lignum ut fiat opus. aut fabricabitur
de ea paxillus. ut dependeat in eo quodcumque vas.
Ecce igni datum est in escam. utramque partem
eius combussit ignis. et medietas eius redac
ta est in favillam. numquid utile erit ad opus.
Etiam cum esset integrum non erat aptum ad opus.
quanto magis cum ignis illud devoraverit
et consumpserit. nichil ex eo fiet operis. propterea hec
dicit dominus deus. Quomodo lignum vitis
inter ligna silvarum quod dedi igni ad devorandum.
sic tradidi ~~ierusalem~~ habitatores eius. ponam
faciem meam in eos. De igne egredientur. et ignis
consumet eos. et scietis quia ego dominus. Cum posuero
faciem meam in eos. et dedero terram inviam
et desolatam. eo quod prevaricatores extiterint.
dicit dominus deus. XVI Et factus est sermo domini ad me di
cens. fili hominis notas fac ierusalem abhomina
tiones suas. et dices. hec dicit dominus deus ierusalem. ra
dix tua et generatio tua de terra chanaan. pa
ter tuus amorreus. et mater tua cethea. et quando
nata es in die ortus tui non est precisus umbili
cus tuus. et in aqua non es lota in salutem. nec
sale salita. nec involuta pannis. nec pepercit
super te oculus ut faceret tibi unum de
his misertus tui. sed proiecta es super fa
ciem terre in abiectione anime tue in die qua nata
es. Transiens autem per te vidi te conculcari in
sanguine tuo. et dixi tibi cum esses in sanguine

tuo nunc. Dixi mihi cum es in sanguine tuo.
nunc. multiplicabo te sicut germen agri dedi
te. et multiplicata es. et grandis effecta et
ingressa es. et pervenisti ad mundum mulie-
brem. ubera tua intumuerunt. et pilus
tuus germinavit. cum esses nuda et confusio
plena. et transivi per te. et vidi te. ecce tempus
tempus tuum tempus amantium. et expandi
amictum meum super te. et operui ignominiam
tuam. et iuravi tibi et ingressus sum pactum
tecum ait dominus deus. Et facta es mihi in
Lauium ait dominus. et emundabo sanguinem tuum
ex te. et unxi te oleo. et vestivi te discolorib;
et calceavi te iacinto. et cinxi te byssino. et in
dui te subtilibus. et operui te operimento.
et dedi armillas in manibus tuis. et torquem
circa collum tuum. et dedi inaurem super
os tuum. et circulos auribus tuis. et coronam
decoris in capite tuo. et ornata es auro. et ar
gento. et vestita es byssino. et polimita. et mul
tis coloribus. similam et mel et oleum co
medisti. et decora facta es uehementer nimis.
et profecisti in regnum. et egressus es in nomen tuum
inter gentes propter speciem tuam. quia perfecta erat in
decore meo quam posueram super te dicit dominus
deus. habebas fiduciam in pulchritudine tua. fornica
ta es in nomine tuo. et exposuisti fornicatio
nem tuam omni transeunti ut eius fieres.
Et sumpsisti de vestimentis tuis. fecisti tibi excelsa
hic inde consita. et fornicata es super eis. et hoc
non erit. neque futurum est. Et sumpsisti vasa
decoris tui de auro meo. et argento meo quod
dedi tibi. Et fecisti tibi imagines masculi
nas. et fornicata es in eis. et sumpsisti vestimenta
mentita tua multicoloria. et vestivisti eas. et
oleum. et mel. quibus cibavi te. posuisti
in conspectu eorum in odorem suavitatis. Et
factum est ait dominus deus. Et fuisti filios tuos
et filias tuas quas genuisti mihi. et immolasti
eis ad devorandum. Si quid parum est for
nicationum tuarum immolasti filios meos. Et de
disti illos consecrando eis. et post omnia ab
hominationes tuas. et fornicationes tuas
non es recordata dierum adolescentiae tuae.
qui eras nuda et confusione plena. et con
calcata in sanguine tuo. Et accidit post
omnem malitiam tuam. uae uae ait do
minus deus. Et edificasti tibi lupanar. et fe
cisti tibi pulvinum in cuiuslibet platea. ad omne
caput uiae edificasti lignum prostitutionis
tuae. abhominabilem fecisti decorem
tuum. et divisisti pedes tuos omni transeunti
multiplicasti fornicationes tuas. fornicata es cum filiis
egypti vicinis tuis magnis carnibus. multiplicasti forni-
cationes tuas

ad irritandum me. Ecce ego extendam manum
meam super te. et auferam iustificationes tuas
tuas. et dabo te animas odientium te.
filias philistinae. quae erubescunt in via
tua scelerata. Et fornicata es in filiis assy
rios. eo quod necdum fuisti explecta. et post
poliquam fornicata es. nec sic satiata es. et
multiplicasti fornicationes tuas in terra
chanaan usque in chaldeos. et nec sic satiata es.
In quo mundabo cor tuum ait dominus deus. cum
facias omnia haec opera mulieris meretricis
procacis. Quia fabricasti lupanar tuum.
et aedificasti pulvinar tuum in omni capite viae. et non fuisti sicut
meretrix. spernens mercedem. Adulterae quae super virum suum inducit alienos.
Omnibus meretricibus dantur munera. tu autem dedisti munera omnibus amantibus
tuis. et donabas eis ut venirent ad te
undique. ad fornicandum tecum. factum est in
te contrarium mulieribus in fornicatio
nibus tuis. et post te non erit fornicatio. In
eo enim quod dedisti mercedem. et mercedem non
accepisti. factum est in te contrarium. propterea me
retrix audi verbum domini. Haec dicit dominus deus.
Quia effusum est aes tuum. et revelata est
ignominia tua in fornicationibus super
amantes tuos. et super idola abhominatio
num tuarum. in sanguine filiorum tuorum quos dedisti
eis. Ecce ego congregabo omnes amato
res tuos quibus commixta es. cum quibus delec
tata es cum omnibus quos odisti. congregabo
eos super te undique. et nudabo ignomini
am tuam coram eis. Et videbunt omnem
turpitudinem tuam. et iudicabo te
iudicio adulterae. effundam te sanguine
et dabo te in sanguine furoris et zeli. et
dabo te in manus eorum. et destruent lupa
nar tuum. et demolientur pulvinum tuum.
et denudabunt te vestimentis tuis. et au
ferent vasa decoris tui. et derelinquent
te nudam. plenam ignominia. et
adducent super te multitudinem et lapi
dabunt te lapidibus. et trucidabunt te
gladiis suis. et comburent domos tuas
igni. et facient in te iudicia in oculis multi
tudinum plurimarum. et desines fornicari et mercedem
ultra non dabis. et requiescet indignatio mea in te. Et auferam zelum meum
a te. Et quiescam. et non irascar amplius.
eo quod non fuisti recordata dierum adolescentiae tuae. et provocasti me in omnibus his.
ipse ego vias tuas in capite tuo dedi ait
dominus deus. nunquid non scelera tua in omnibus
abhominationibus tuis. Ecce omnes qui

dicet uulgo publicū in te allumet illud
dicens. Sicut mat̄ ita et filia eius. filia
ut uis tua es tu. q̄ proiecit uirū suū et filios
suos. et soror sororis tuae es tu. q̄ proiecerunt
uiros suos et filios suos. ¶ Nec uita ghen
cebat. et pater eius amorreus. et mater tua
hetea samaritana: ipsa et filia eius q̄ habitat
ad sinistrum tuam. ¶ Soror autem tua minor
te q̄ habitat a dexteris tuis. sodoma et filie eius.
sed nec tuis eorum ambulasti. neq; sed for
tem eas fecisti paucitatem minus. prae se
lentiora fecisti illis in omnibus uiis tuis.
uiuo ego dicit dominus deus. quia non fecit sodoma soror
tua ipsa et filie eius. sicut fecisti tu et filie tue.
Ecce fuit iniquitas sodome sororis tue. superbia.
satietas panis. et abundantia ipsa.
et omnes ipsae filie eius. et manum egeno
et pauperi non porrexerunt. et elatae sunt
et fecerunt abhominationes coram me.
et abstulit eas sicut uidisti. et non ad di
midium peccatorum tuorum non peccauit. et iu
stificationes tuas sicut fecit soror tua
samaria omnibus abhominationibus eius quas fecit
operata est. Ergo et tu porta confusionem
tuam q̄ iustificasti sorores tuas. peccatis tuis
scelerum tuorum a quibus abiecisti. iustificate sunt
enim a te. ergo et tu confunde. et porta
ignominiam tuam. q̄ iustificasti sorores
tuas. et conuertam restituent eas conuersi
one sodomorum et filiarum suarum. et conuersionem
samarie et filiarum eius. et conuertam te
ussionem tuam in medio eorum. ut portes ig
nominiam tuam. et confundaris in omni
bus q̄ fecisti. consolans eas. et soror tua sodo
ma et filie eius reuertent ad antiquam suam. et sa
maria et filie eius reuertent ad antiquam suam. et tu
et filie tue reuertemini ad antiquam suam. si
fuit a sodoma soror tua audita in ore tuo in die
bus tuis. antequam reuelaretur malitia tua
sicut hoc tempore. in obprobrium
filiarum syrie. et omnes qui circumeunt te
filiae palestinae q̄ ambiunt te q̄ gyrum.
Scelus tuum. et ignominia tua tu portasti. ait dominus.
Quia hec dicit dominus deus. Et faciam tibi sicut
fecisti. qui despexisti iusiurandum ut irritum faceres pactum meum
et recordabor ego pacti mei tecum in diebus
adolescentiae tue. et suscitabo tibi pactum
sempiternum. et recordabor uiae tuae
et confundes cum receptis sorores tuae
tuae maiores te cum minoribus tuis. et dabo
eas tibi in filias. sed non ex pacto meo. Et sus
citabo ego pactum meum tecum. et scies
quia ego dominus. ut recorderis et confundaris
et non sit tibi ultra aperire os tuum a confusione
tua. cum placatus fuero tibi in omnibus que
fecisti. ait dominus deus. ¶ Et factum est uerbum
domini ad me dicens. fili hominis propone enigma.
et narra parabolam ad domum israel. et dices.
hec dicit dominus deus. Aquila grandis magnarum
alarum longo membrorum ductu. plena plu
mis: et uariarum. uenit ad libanum. et tu
lit medullam cedri. et summitatem frondium
eius auellit. et transportauit eam in terram
chanaan in urbe negotiatorum posuit illam.
et tulit de semine terre. et posuit illud
in pro semine. ut firmaret radices super
aquas multas. et sicut salicem posuit illud. Oriens
germinauit. creuit et uineam lacerosam hu
milem stantem respicientibus ramis eius ad eum.
et radices eius sub illa erant. facta est ergo
uinea. et fructificauit et palmites. et emisit
propagines. ¶ Et fuit aquila alta grandis
magnis alis multisque plumis. Et ecce u
nea ista qui mittens radices suas ad eam.
palmites suos extendit ad illam. ut irri
garet illam. de aiolis germinis sui. in ter
ra bona iuxta aquas multas plantata est. ut fa
ciat frondes. et portet fructum. ut sit in u
nea grandem. dicit dominus deus. Ergo
ne prosperabitur. sicne radices eius euellet.
et fructus eius deiciet. et siccabitur omnis
palmites germinis eius. arescet. et non in
brachio grandi. neque in plebe multo. ut ex
cidere eam radicitus. Ecce plantata est.
ergo ne prosperabitur. sicne cum tetigerit
eam uentus urens siccabitur. et arescet q̄
germinis sui arescet. ¶ Et factum est uerbum domini
ad me dicens. Die ad domum exasperantem.
scis quid ibi significent. Die. ecce uenit
rex babylonis in ierusalem. et assumet regem et
principes eius. et adducet eos ad se in ciui
tatem in babylonem. et locutus de semine regis
ferietque cum eo fedus. et accipiet ab eo
iusiurandum. sed et terram eius tollet. ut sit
regnum humile. et non eleuetur. si custodi
at pactum eius. et seruet illud. Qui re
cedens ab eo. misit nuntios ad egyptum
ut darent sibi equos et plenum multum. Nun
quid prosperabitur. et consequitur saluatorem q̄ fecit hec.
et qui dissoluit pactum. numquid effugiet.
Viuo ego dicit dominus deus: quia in loco regis q̄ eo
constituit eum regem. cuius fecit irritum
iusiurandum. et soluit pactum q̄ habebat
cum eo. In medio babylonis morietur. et
non in exercitu grandi. neque in plebe multa.
faciet ei cum plurimo bellum in iaciendo ag
geres. et extruendo uallum. ut interficiat
animas multas. Spernet enim iusiurandum
eius. ut soluat fedus. et ecce dedit manum
suam. Et cum omnia hec fecerit. non effugiet.

ipsa haec dicit dominus Deus: vivo ego, quoniam iuramentum quod sprevit, et foedus quod praevaricatus est, ponam in caput eius. Et expandam super eum rete meum et comprehendetur in sagena mea: et adducam eum in Babylonem, et iudicabo eum ibi in praevaricatione, qua despexit me. Et omnes profugi eius cum universo agmine gladio cadent. Residui autem in omnem ventum dispergentur: et scietis quia ego dominus locutus sum. Haec dicit dominus Deus: Et sumam ego de medullis cedri sublimis, et ponam: de vertice ramorum eius tenerum distringam, et plantabo super montem excelsum et eminentem. In monte sublimi Israel plantabo illud, et erumpet in germen, et faciet fructum, et erit in cedrum magnam: et habitabunt sub ea omnes volucres, et universum volatile sub umbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia ligna regionis quia ego dominus humiliavi lignum sublime, et exaltavi lignum humile: et siccavi lignum viride, et frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum et feci.

18
Et factus est sermo domini ad me dicens: Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt? Vivo ego, dicit dominus Deus, si erit ultra vobis parabola haec in proverbium in Israel. Ecce omnes animae meae sunt: ut anima patris, ita et anima filii mea est: anima quae peccaverit, ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus, et fecerit iudicium et iustitiam, in montibus non comederit, et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel, et uxorem proximi sui non violaverit, et ad mulierem menstruatam non accesserit, et hominem non contristaverit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, et nudum operuerit vestimento, ad usuram non commodaverit, et amplius non acceperit, ab iniquitate averterit manum suam, iudicium verum fecerit inter virum et virum, in praeceptis meis ambulaverit, et iudicia mea custodierit ut faciat veritatem: hic iustus est, vita vivet, ait dominus Deus. Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, et fecerit unum de istis: et haec quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, et uxorem proximi sui polluentem, egenum et pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, et ad idola levantem oculos suos, abominationem facientem, ad usuram dantem, et amplius accipientem: numquid vivet? Non vivet. Cum universa detestanda haec fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium qui videns omnia peccata patris sui quae fecit, timuerit, et non fecerit simile eis: super montes non comederit, et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel, et uxorem proximi sui non violaverit, et virum non contristaverit, pignus non retinuerit, et rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, et nudum operuerit vestimento, a pauperis iniuria averterit manum suam, usuram et superabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit, in praeceptis meis ambulaverit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet. Pater eius quia calumniatus est, et vim fecit fratri, et malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis: Quare non portavit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium et iustitiam operatus est, omnia praecepta mea custodivit, et fecit illa, vivet vita. Anima quae peccaverit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii: iustitia iusti super eum erit, et impietas impii erit super eum. Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus est, et custodierit universa praecepta mea, et fecerit iudicium et iustitiam, vita vivet, et non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua quam operatus est, vivet. Numquid voluntatis meae est mors impii, dicit dominus Deus, et non ut convertatur a viis suis, et vivat? Si autem averterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, numquid vivet? Omnes iustitiae eius quas fecerat, non recordabuntur: in praevaricatione sua qua praevaricatus est, et in peccato suo quod peccavit, in ipsis morietur. Et dixistis: Non est aequa via domini. Audite ergo domus Israel: Numquid via mea non est aequa, et non magis viae vestrae pravae sunt? Cum enim averterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia quam operatus est morietur. Et cum averterit se impius ab impietate sua quam operatus est, et fecerit iudicium et iustitiam: ipse animam suam vivificabit. Considerans enim et avertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, vita vivet et non morietur. Et dicunt filii Israel: Non est aequa via domini. Numquid viae meae non sunt aequae domus Israel, et non magis viae vestrae pravae? Idcirco unumquemque iuxta vias suas iudicabo, domus Israel, ait dominus Deus. Convertimini, et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: et non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiicite a vobis omnes praevaricationes vestras, in quibus praevaricati estis, et facite vobis cor novum, et spiritum novum: et quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit dominus Deus, revertimini et vivite.

19
Et tu fili hominis assume

[illegible]

[illegible]

planctum sup principes israel. et dices. Et
mater tua loena inter leones cubauit. i medio
leunculorum enutriuit catulos suos. et
ascendit unum de leunculis suis. leo factus est.
et didicit capere predam. hominesque come
dere. Et audierunt de eo gentes. et ceperunt eum.
et adduxerunt eum in catenis in terram egypti. Quia cum uidisset
quia infirmata est. et perit expectatio eius.
sumpsit unum de leunculis suis leonem con
stituit eum. qui mandebatur inter leones. et
factus est leo. didicit predam capere. et homines
deuorare. didicit uidua facere. et ciuita
tes eius in deserto redigere. et desolata est
terra. et plenitudo eius. a uoce rugitus illius.
et conuenerunt aduersum eum gentes undique
de prouinciis. et expanderunt super eum retia
sua. in uulnibus eorum captus est. et in laqueis
eum in cauea. et cathenis adduxerunt eum
ad regem babylonis. et miserunt eum in
carcere. ne audiretur uox eius ultra super
montes israel. Mater tua qui uinea in san
guine tua. super aquam plantata. fructus
eius. et frondes eius creuerunt ex aquis multis.
et facta sunt ex uirge solide. in sceptra
dominantium. et exaltata est statura eius
inter frondes. et uidit altitudinem suam in mul
titudine palmitum suorum. et euulsa est in
ira. in terram precipitata. et uentus urens de
cauit fructum eius. marcuerunt. et arefacte
sunt uirge roboris eius. ignis comedit
eam. et nunc transplantata est in deserto
in terra sitiente. et egressus est ignis de
uirga ramorum eius. qui fructum eius come
dit. et non fuit in ea uirga fortis. sceptrum do
minantium. planctus est et erit in planctum. ¶

70 Et factum est in anno septimo. in decimo
decima mense. uenerunt uiri de senioribus
israel. ut interrogarent dominum. et sederunt
coram me. Et factus est sermo domini ad me di
cens. fili hominis loquere senioribus israel. et dices
ad eos. hec dicit dominus deus. numquid ad me
rogandum me uos uenistis. uiuo ego qui
ego non respondebo uobis. ait dominus deus. Si non
dicas eos. si iudicas fili hominis abhomina
tiones patrum eorum ostende eis. et dices ad eos.
hec dicit dominus deus. In die qua elegi israel. et leuauit
manum meam semini domus iacob. et ap
paruit eis in terra egypti. et leuauit manum
meam super eis dicens. Ego dominus deus. In die
illa leuauit manum meam super eis. ut e
ducerem eos de terra egypti in terram quam
prouideram eis. fluentem lacte et mel
le. quod est egregia inter omnes terras. et dixi ad
eos. unusquisque offensiones oculorum suorum
abiciat. et in idolis egypti nolite pollui.
ego dominus deus uester. et irritauerunt me. et
noluerunt audire me. unusquisque abo
minationes oculorum suorum non proiecerunt. nec
idola egypti reliquerunt. Et dixi ut effun
derem indignationem meam super eos. et im
plerem iram meam in eis in medio terre
egypti. et feci propter nomen meum ne uiolaretur
coram gentibus in quarum medio erant.
et innotuit eis. in conspectu eorum ut educerem eos
de terra egypti. Eieci ergo eos de terra egypti.
et duxi in desertum. et dedi eis precepta mea
et iudicia mea ostendi eis quod faciat homo ut uiuat
in eis. Insuper et sabbata mea dedi eis. ut
essent signum inter me et eos. et scirent quia ego
dominus sanctificans eos. Et irritauerunt me domus
israel in deserto. In preceptis meis non ambulauerunt.
et iudicia mea spreuerunt. quorum faciens homo
uiuet in eis. et sabbata mea polluerunt nimis.
Dixi ergo ut effunderem furorem meum
super eos in deserto. et consumerem eos. et fe
cit propter nomen meum ne uiolaretur coram gentibus.
de quibus eieci eos et eduxi eos in conspectu
eorum. Ego igitur leuaui meam in manum
super eos in deserto. ne inducerem eos in terram quam dedi eis
fluentem lacte et melle. pulcriorem cunctis terris.
quia iudicia mea proiecerunt. et in preceptis
meis non ambulauerunt. et sabbata mea pol
luerunt. post idola enim eorum cor eorum pergebat.
et pepercit oculus meus super eos ut non interficerem
eos. nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem
ad filios eorum in solitudine. In preceptis patrum
uestrorum nolite incedere. nec iudicia eorum custo
dite. nec in idolis eorum polluamini. ego
dominus deus uester. In preceptis meis ambulate. et iudicia mea
custodite. et facite ea. et sanctificate sab
bata mea. ut signum sint inter me et uos. et
sciatis quia ego dominus deus uester. Et exacerba
uerunt me filii. super. et in preceptis meis non
ambulauerunt. et iudicia mea non custodi
erunt ut facerent ea. quorum faciens homo uiuet
in eis. et sabbata mea polluerunt. et com
minatus sum ut effunderem furorem meum
super eos. et implerem iram meam in eis.
in deserto. Auertit autem manum meam. et fecit propter
nomen meum. ut non uiolaretur coram gentibus
quibus eieci eos in conspectu eorum. Sed leuauit manum
meam in deserto. ut dispergerem eos
in nationes. et uentilarem in terris. eo quod
iudicia mea non fecerint. et precepta mea re
pulerint. et sabbata mea uiolauerunt. et
post idola patrum suorum fuerunt oculi eorum.
Ego et dedi eis precepta non bona. et iudi
cia in quibus non uiuerent. et polluit in muneribus
eorum cum offerrent omne quod aperit uulua

ꝑ delicta sua. et facient qe ego dns. Quia ob
rem. lapis ad domū israel. fili hōis. et dicet
ad eos. hi dicit dns dēs. Adhuc. in hoc a
blasphemauerunt me patres uestri. ad spernen
dum me contempnendo. et introiuissem eos
in terram. super qm leuauī manū meam ut
darem eis illam. et uiderunt omnē collem
excelsum. et omne lignum nemorosum.
et immolauerunt ibi uictimas suas. et dede
runt ibi iniuriosam oblationem suam.
et posuerunt ibi odorem suauitatis suae.
et libauerunt libationes suas. et dixi ad e
os. Quid est excelsum ad quod uos ingre
dimini. et uocatum est nomen eius excel
sum usq; adhuc dicit dns. Ideo dic ad domū israel. hi
dicit dns dēs. Nonne in uia patrum uestrorū uos
polluimini. et post offendicula eorum fornicamini.
et in oblationibus donorum uestrorū. cū traidu
ans filios uestros per ignem. uos polluimini
in omnibus idolis uestris usq; hodie. et ego ꝑ
debo uobis domus israel. Viuo ego dicit dns
dēs. qm ego si respondebo uobis. nec cogita
tio uestra uenietfiet dicentibus. Erimus sicut
gentes. et sicut cognationes terre. ut colamus
ligna et lapides. Viuo ego dicit dns dēs. qm
in manu forti. in brachio extento. et in furo
re effundo. regnabo super uos. et educam uos
de populis. et congregabo uos de terris in quib;
dispersi estis in manu ualida. et brachio ex
tento. et in furore effundo. regnabo super uos.
et adducam uos in desertum populorum. et iudicabo
uos ibi facie ad faciem. sicut in iudicio
contendi ad patres uestros in deserto terre
egipti. sic iudicabo uos dicit dns dēs. et
subiciam uos sceptro meo. et iducam uos in
uinculis federis. et eligam de uobis transgressores
et profugos. de terra incolatus eorum edu
cam eos. et terram israel non ingredientur. et scie
tis qm ego dns dēs. Et uos domus israel.
hi dicit dns. Singuli post idola uestra ambu
late. et audite eis. Et si et hoc non audieritis
me. et nomen sanctum meum polluitis ultra in
munibus uestris et in idolis uestris. in monte sanc
to meo. et in monte excelso israel. ait dns dēs.
ibi seruetur in omnis domus israel. omnis terra
in terra in qua placebunt mihi. et ibi quam pe
tam primitias uestras. et initia decimarum uestrarum in om
nibus sanctificationibus uestris. in odorem suauitatis suf
ciam uos. cum educero uos de populis. et con
gregauero uos de terris in quibus dispersi estis.
et sanctificabor in uobis in oculis nationum. et sci
etis qm ego dominus. cum induxero uos ad
terram israel. in terram pro qua leuauī manū me
am. ut darem eam patribus uestris. et recordabi
mini ibi uiarum uestrarum. et omnium scelerum uestrorum.
quibus pollutiti estis in eis. et displicebitis
uobis in conspectu uestro. In omnibus malis
uestris qibus fecistis. et scietis qm ego dominus
cum uenero uobis propter nomen meum.
sicut non secundum uias uestras malas neq; secundum
uias pessimas domus israel. ait dns dēs. Et
factum est sermo dni ad me dicens. fili hōis po
ne faciem tuam contra uiam austri. et
stilla ad austrum. et prophetia ad siluam agri meridi
ani. et dicens silue meridiano. Audi ser
bum dni. hec dicit dns dēs. Ecce ego succen
dam in te ignem. et comburam in te omne lignum
uiride. et omne lignum aridum. sicut extinguet
flamma succensionis. et comburentur in ea
omnes facies ab austro usq; ad aquilonem. et
uidebit uniuersa caro. qm ego dns succendi
eam. nec extinguetur. Et dixi. ha. ha. ha.
domine dēs. ipsi dicunt de me. nonne iste quasi ꝑ
bolas loquitur iste. Et factum est sermo dni
ad me dicens. fili hōis pone faciem tuam
ad ierusalem. et stilla ad sanctuaria. et profeta
ad terram israel. et dicens terre israel. hi dicit dns
dēs. Ecce ego ad te. et educam gladium meum
de uagina sua. et perdam in te iustum et
impium. propterea igitur egredietur gladius meus
de uagina sua in omnem carnem ab austro.
usq; ad aquilonem. ut sciant omnis caro qua
ego dns educi gladium meum de uagina sua
non reuocabitur amplius. Et tu fili hōis ingemis
ce in conspectu eorum in dolore lumborum. et amaritudinibus
ingemisce coram eis. cumque dixerint ad te.
quare tu gemis. dices. propter auditum. quia ueniens
ueniet. omne cor tabescet. et dissoluentur omnes
manus. et infirmabitur omnis spiritus. et omnia
genua fluent aqua. Ecce ueniet. et fiet. ait
dns dēs. Et factum est sermo dni ad me dicens.
fili hōis. prophetia. et dicetis. hi dicit dns dēs. loquere.
Gladius. gladius exacutus est. et ut ma
tus est. ut cedat uictimas. exacutus est. ut splen
deat. lumatus est. Quid mouens sceptrum
filii mei. succidisti omne lignum. et dedi eum
ad leuigandum. ut teneretur manu. iste
exacutus est gladius. et iste lumatus est.
ut detur in manu interficientis. Clama. et
ulula fili hōis. qm factum est istud in populo meo.
hic in eius duces israel. qui fugerant gladio tradi sunt
cum populo meo. Idcirco plaude super femur
qm probatum est. et hoc cum sceptrum subiu
gauerit. non erit dicit dns dēs. Tu ergo fi
li hōis. prophetia. percute manum ad manum.
et duplicetur. ac triplicetur gladius interfectorum. hic est gladius occisionis magne.
qui obstupescere eos faciat. et corde tabescere.
et multiplicet ruinas super omnibus portis eorum

dedi conturbationē gladio acuto et limato
ad fulgendū atq; ad edendū. exacuere,
vade ad dexterā sue mistram, quocumq;
facies te ē apprehē. quē ego plaudā ma
nū. id in manū. et ipse vindicabō ne me
am. ego dñs locutus sum. ℣ Et factū est
sermo dñi. ad me dicens. fr tu fili hominis
pone tibi duas vias. ut veniat gladius regis
babylonis. De terra una egredientur
ambo. et manu capiet connectentem. in ca
pite viē accipiet. omnem. viam pones
ut veniat gladius ad urbem filiorum am.
ad urbem. in ciuitatem munitissimam. Stet
ut enim rex babylonis in bimo in capite
duarum viarum divinationē querens. commiscens
sagittas. interrogans idola. extra consulens
ad dexterum eius facta est divinatio sup
ierusalem. ut ponat arietes. ut aperiat os in
cede. et eleuet vocem in ululatu. ut ponat
arietes ad portas. ad ponat aggerem. ut
edificet munitiones. Et qui consulebant
frustra erant illis iuramenta. ipse autem recordabitur
ad capiendū. id est ut dicit dñs. peccati
ut in manus. Ipse autem recordabitur iniquitatis
ad capiendū. id est ut dicit dñs. peccati
recordari eius iniquitates. vitia. et ne
lachē quam iniquitates. vitia. et apparuerunt
peccata vestra in omnibus actionibus vestris.
peccatis. qd recordari eius. manu ca
piemini. Tu autem profane impie dux israel
cuius venit dies in tempore iniquitatis pre
sentis. hi dicit dñs dñs. Aufer cidarim. col
le coronam. sublime est humile et exal
tatum. et sublime humiliatum. iniquitatem
iniquitatem. igitur ponam eam. hinc et dñs
veniat cui est iudicium. et tradam eam. ℣ Et
tu fili hominis profetia. dic. hi dicit dñs dñs ad
filios ammon. et ad opprobrium eorum. dicetis gla
dio mucro. gladius te ad occidendū. luna
te ut suffocaes. et fulgeas. cui est iudicium
tuum vana et divinantes mendacia. nō
quē demonium divinatis. sed dei iudicium.
qui placet malis dedit finem. ut darent
sup colla iniquorum impiorum. quorum
venit dies in tempore iniquitatis presentis.
Reverte ad vaginam ad vaginam. in loco
in quo creatus es. in terra nativitatis tue iu
dicabo te. et effundam sup te indigna
tionem meam. in igne furoris mei suf
flabo in te. dabo te in manibus hominum stupi
entium. et fabricantium interitum. igni eris
cibus. sanguis tuus. erit in medio terre.
oblivioni tradetis. quia ego dñs locutus sum.
℣ Et factus est sermo dñi ad me dicens. fr
tu fili hominis. nūne iudicas. nūne iudicas
civitatem sanguinum. et ostende ei omnes
abominationes eius. et dicet. hi dicit dñs
dñs. Civitas effundens sanguinem in medio
sui. ut veniat tempus eius. et quae fecit ido
la et semetipsam. ut polluatur. sanguine
suo quē effusus est. deliquisti. et idolis
tuis quē fecisti polluta es. et appropinquare fecisti
dies tuos. et adduxisti tempus annorum tu
orum. ipsa dedisti te opprobrium in gentibus. et ut ri
sionem universis terris quē iuxta sunt. et que
procul a te triumphabunt de te. scedida nobilis
iudicis nominis. Ecce principes israel singuli in
brachio suo fuerunt in te ad effundendū
sanguinem. Patrem et matrem contumeli
is afficiunt in te. advenam calumnia
ti sunt in medio tui. pupillum et viduam
contristaverunt apud te. sanctuaria mea spernis.
et sabbata mea polluisti. viri detractores
fuerunt in te ad effundendū sanguinem. et sup
montes comederunt in te. scelus operati sunt
in medio tui. turpitudinem patris denudaverunt
in te. in mundiciam menstruate inquinaverunt
in te. et unusquisque in proximi
sui operatus est abominationem. et socrus nu
rum suam polluit nefarie. fratrem sororem
suam filium patris sui oppressit in te. munera
accepistis apud te ad effundendū sanguinem.
usuram et superabundantiam accepisti. et
avare proximos tuos calumniatus es. mei
oblita es ait dñs dñs. Ecce complosi manus
meas super avaritiam tuam quē fecisti. et
super sanguinem quē effusus est in medio tui. numquid
sustinebit cor tuum. aut prevalebunt ma
nus tue. in diebus quos ego faciam te. ego
dominus locutus sum. et faciam. et disper
gam te in nationes. et ventilabo te in terris.
et deficere faciam immunditiam tuam a te.
et possidebo te in conspectu gentium. et scies quia
ego dñs. ℣ Et factus est verbum dñi ad me di
cens. fili hominis ecce domus israel in
scoriam. omnes isti es. et stagnum. et ferrum et
plumbum in medio fornacis. scoria argenti
facti sunt. ipsa hi dicit dñs dñs. eo quod versi
estis omnes in scoriam. ipsa ecce ego congre
gabo vos in medio ierusalem sicut congregatur argentum
et ferrum. et stagnum et plumbum in medium
fornacis. et succendam in ea ignem ad conflā
dum. sic congregabo in furore meo. et in ira mea.
et requiescam. et conflabo vos. et congregabo vos et
succendam vos in igne furoris mei. et consta
bitis in medio eius. ut constatur argen
tum in medio fornacis. sic estis in medio eius.
et cognoscetis quia ego dñs. effudi indignatio
nem meam sup vos. ℣ Et factus est verbum dñi
ad me dicens. fili hominis dic ei. tu es terra imbu
da. et non pluens in die furoris. [illegible]

Ad Rom. ut [illegible] nolo nos simpliciter ad Tessal. ij. Ecce dies [illegible]

(T.) d. Fear et illos pigmentibus suos. argentum illis tanquam fecis quasi in fornace [illegible] stagnum similitudinem fortitudinis. plumbum sine gemitu diuinitatis. tribulationes pro eis. Informatae plurimum quia pro fuit respondere primum. ut in tribulatione poterit. atque desiderio non [illegible]

in medio eius. Sicut leo rugiens capiensque predam, animas devoraverunt, opes et pretium acceperunt, viduas eius multiplicaverunt in medio eius. Sacerdotes eius contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea; inter sanctum et prophanum non habuere distanciam, et inter pollutum et mundum non intellexerunt, et a sabbatis meis averterunt oculos suos, et coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes predam ad effundendum sanguinem, et ad perdendas animas, et avare sectanda lucra. Prophete autem eius liniebant eos absque temperamento, videntes vana, et divinantes mendacium, dicentes: Hec dicit dominus deus, cum dominus non sit locutus. Populi terre calumpniabantur calumpniam, et rapiebant violenter; egenum et pauperem affligebant, et advenam opprimebant calumpnia absque iudicio. Et quesivi de hiis virum qui interponeret sepem, et staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam, et non inveni. Et effudi super eos indignationem meam; in igne ire mee consumpsi eos. Viam eorum in capud eorum reddidi, ait dominus deus.

73 Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, due mulieres filie matris unius fuerunt, et fornicate sunt in egypto, in adolescencia sua fornicate sunt; ibi subacta sunt ubera earum, et fracte sunt mamme pubertatis earum. Nomina autem earum oolla maior, et ooliba soror eius minor; et habui eas, et pepererunt filios et filias. Porro earum nomina: samaria oolla, et ierusalem ooliba. Fornicata est igitur super me oolla, et insanivit in amatores suos, in assyrios propinquantes, vestitos iacincto, principes et magistratus, iuvenes cupidinis, universos equites, ascensores equorum. Et dedit fornicationes suas super eos, electos filios assyriorum universos, et in omnibus in quos insanivit, in inmundiciis eorum polluta est. Insuper et fornicationes suas quas habuerat in egypto non reliquid. Nam et illi dormierunt cum ea in adolescencia eius, et illi confregerunt ubera pubertatis eius, et effuderunt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum assur, super quorum insanivit libidine. Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios et filias eius tulerunt, et ipsam occiderunt gladio; et facte sunt famose mulieres, et iudicia perpetraverunt in ea. Quod cum vidisset soror eius ooliba, plus quam illa insanivit libidine, et fornicationem ~~suam~~ super fornicationem sororis sue ad filios assyriorum prebuit inpudenter, ducibus et magistratibus ad se venientibus, indutis veste varia, equitibus qui vectabantur equis, et adolescentibus forma cunctis egregia. Et vidi quod polluta esset via una ambarum, et auxit fornicationes suas. Cumque vidisset viros depictos in pariete, ymagines chaldeorum expressas coloribus, et accinctos baltheis renes, et tyaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum babylonis terreque chaldeorum in qua orti sunt, et insanivit super eos concupiscencia oculorum suorum, et misit nuncios ad eos in chaldeam. Cumque venissent ad eam filii babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis, et polluta est ab eis, et saciata est anima eius ab illis. Denudavit quoque fornicationes suas, et discooperuit ignominiam suam; et recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea a sorore eius. Multiplicavit enim fornicationes suas, recordans dierum adolescencie sue, quibus fornicata est in terra egypti, et insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum, et sicut fluxus equorum fluxus eorum. Et visitasti scelus adolescencie tue, cum subacta sunt in egypto ubera tua, et confracte mamme pubertatis tue. Propterea ooliba hec dicit dominus deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, ~~de~~ quibus saciata est anima tua, et congregabo adversum te eos in circuitu: filios babylonis, et universos chaldeos, nobiles tyrannosque et principes, omnes filios assyriorum, iuvenes forma egregia, duces et magistratus universos, principes principum, et nominatos ascensores equorum. Et venient super te instructi curru et rota, multitudo populorum; lorica et clipeo et galea armabuntur contra te undique. Et dabo coram eis iudicium, et iudicabunt te iudiciis suis. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore. Nasum tuum et aures tuas precident, et que remanserint gladio concident. Ipsi filios tuos et filias tuas capient, et novissimum tuum devorabitur igne. Et denudabunt te vestimentis tuis, et tollent vasa glorie tue. Et requiescere faciam scelus tuum de te, et fornicationem tuam de terra egypti; nec levabis oculos tuos ad eos, et egypti non recordaberis amplius. Quia hec dicit dominus deus: Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus saciata est anima tua. Et agent tecum in odio, et tollent omnes labores tuos, et dimittent te nudam et ignominia plenam; et revelabitur ignominia fornicationum tuarum, scelus tuum et fornicationes tue. Fecerunt hec tibi, quia fornicata es post gentes inter quas polluta es in ydolis eorum. In via sororis tue ambulasti, et dabo calicem eius in manu tua.

Hæc dicit dñs dñs. Calice lacrimarum bibes pro
fundit. et usq; ad fundum. et subsannabi
onē. q̄ est capacissima. et vacuabitur. dolore reple
bis. calice mœroris et tristitiæ. calice sororis tue samarie. et bibes illum. et potabis usq;
ad feces. et fragmina eius devorabis. et ulnas
tuas dilacerabis. quia ego locutus sum ait
dominus dñs. ppta hæc dicit dñs dñs. Quia ob
liti es mei. et proiecisti me post corpus tuum.
tu quoq; portabis scelus tuum. et fornicationes tuas. Et ait dñs dñs. ad me dicens.
fili hominis nūquid iudicas Aholam et aholibam.
et annuntiabis eis scelera eorum. quia adulteræ sunt.
et sanguis in manibus eorum. et cum idolis suis
fornicatæ sunt. insuper et filios suos quos
genuerant mihi. obtulerunt eis ad devorandum. sed et hoc fecerunt mihi. polluerunt sanctuarium meum in die illa. et sabbata mea profanaverunt. Cumq; immolarent filios suos idolis suis. ingrediebantur sanctuarium meum
in die illa. ut polluerent illud. et hæc fecerunt in medio domus meæ. misserunt ad viros venientes de longe. ad quos nuncios
miserant. et ecce venerunt. quibus te lavisti. et circumdedisti oculos tuos. ornata es mundo muliebri. sedisti in lecto pulcherrimo. et mensa composita es ante eum. et thymiama meum et unguentum meum posuisti super eam.
et vox multitudinis exultantis erat in ea.
et in viris qui de multitudine hominum adducebantur. et venerunt de deserto. posuerunt armillas in manibus eorum. et coronas speciosas in capitibus eorum. et dixi ei. antiquatæ adulteriis. nunc fornicentur in
ea. et hæc. et ingressi sunt ad eam. sicut ad
mulierem meretricem. sic ingrediebantur ad
ohollam. et ad oholibam. mulieres nequam. Viri
ergo iusti ipsi iudicabunt eas. et
iudicio adulteræ. et iudicio effundentis sanguinem
quia adulteræ sunt. et sanguis in manibus eorum sunt.
fornicatæ sunt. hæc dicit dñs dñs. Adducite ad e
as multitudinem. et tradite eas in commotionem.
et in prædam et lapidibus lapidibus populi. et
confodiantur gladiis eorum. filios suos et filias
interficient. et domos eorum igni succendent.
et auferam scelus de terra. et discent omnes
mulieres ne faciant secundum scelera eorum. et da
bunt scelus eorum super vos. et peccata idolorum vestrorum portabitis. et scietis quia ego dominus dñs. Et factum est verbum dñi ad me in
anno nono. in mense. x. in decima mensis dicens.
fili hominis scribe tibi nomen diei huius. in quia con
firmavit se rex babylonis adversum ierusalem
hodie. et dicet per proverbium ad domum irritantem
parabolam. et loquere ad eos. hæc dicit dñs dñs.
Pone ollam pone et mittere in ea aquam.
congere frusta eius in ea. omnem partem bonam.
femur. armum. electa ossibus plena. pin
guissimum pecus assume. compone quæ strucen
ossium sub ea. et ferbuerit coctio eius. et decocta
sunt ossa eius in medio eius. ppta hæc
dicit dñs dñs. ve civitati sanguinum. olle. cui
rubigo in ea est. et rubigo eius non exivit de ea.
per partes. et per partes suas eiecto eam. non accidit
super eam sors. sanguis enim eius in medio eius
est. super limpidissimam petram effudit illum.
non effudit illum super terram. et possit operiri pul
vere. ut super ducem indignationem meam.
et vindictam ulciscerer. dedi sanguinem eius
super petram limpidissimam. ne operiretur. ppta
hæc dicit dñs dñs. ve civitati sanguinum cui ego
grandem faciam pyram. congere ossa quæ
igne succendam. consumantur carnes. et quæ
cumq; unguenta composita. et ossa calescant.
pone quoq; eam super prunas vacuam. ut in
calescat. et liquefiat æs eius. et conflecetur in
medio eius inquinamentum eius. et consumatur
rubigo eius. multo labore sudatum est. non
egredietur de ea nimia rubigo eius. neq; per ignem.
immundicia tua execrabilis. quia mundare te
volui. et non es mundata a sordibus tuis. sed non
mundabis prius donec quiescere faciam indig
nationem meam in te. ego dñs locutus sum.
veniet. et faciam. non transeam nec parcam.
nec placebor iuxta vias tuas. et iuxta ad
inventiones tuas iudicabo te dicit dñs. Et
factum est verbum dñi ad me dicens. fili hominis
ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in
plaga. et non planges neq; plorabis. neq; flu
ent lacrimæ tuæ. ingemiscens tacebis. mortuorum
luctum non facies. corona tua circumligata
sit tibi. et calceamenta tua erunt in pedibus tuis.
neq; amictu ora velabis. nec cibos lugen
carne. omnia in cruce fixit. ut triumphi
nea in semet ipso resurgens in corpore. a pa
tris nomen in patribus filio. a filii nomen
pri restituens in filius. omne principio fine
fine ostendens se unum cum pre ēe. quū
ē in quo cūctis utile ē desiderantibus de
um sicut prima uel media uel preterita cognos
cere. ut ita ac ratōnem apli. ita opus cūctis
ad dilectionem dei in carne nascentis. prim
ūsa legentes intelligant atq; id in eo in
quo apprehensi sunt. apprehendere exercent
cognoscant. sobris enim lectio studio augu
menti fuit. ita fidei fēē tradere. ita opan
tis dei intelligendum ē disputationem qui
ribus non tacere.

Liber gnationis ihu xpi filii
dauid filii abraham. abra
ham autem genuit ysa
ac. ysaac autē genuit iacob.
iacob autem genuit iudam
et fratres eius. iudas autē genuit phares et za
ram de thamar. phares autem genuit
hesron. hesron autem genuit aram. a
ram autē genuit aminadab. aminadab
autē genuit naason. naason autem ge
nuit salmon. salmon autē genuit boz
de rahab. boz autem genuit obed ex ru
th. obed autē genuit iesse. iesse autē ge
nuit dauid regem. dauid autem rex ge
nuit salomonem ex ea q fuit urie. salo
mon autē genuit roboam. roboam autē
genuit abiam. abia autē genuit asa. asa
autē genuit iosaphat. iosaphat autē genu
it ioram. ioram autē genuit ozam. ozias

autē genuit ioatham. ioatham autē ge
nuit achaz. achaz autem genuit ezechiam.
ezechias autē genuit manassen. manasses
autē genuit amon. amon autē genuit iosi
am. iosias autem genuit iechonias et fratres eius
ī transmigratione babilonis. et post tras
migrationem babilonis. iechonias genuit
salathiel. salathiel autem genuit zorobabel.
zorobabel autem genuit abiud. abi
ud autem genuit eliachim. eliachim autē
genuit azor. azor autem genuit sadoch.
sadoch autem genuit achim. achim autē
genuit eliud. eliud autem genuit elea
zar. eleazar autem genuit matthan.
matthan autē genuit iacob. iacob autē
genuit ioseph uirum marie de q natus
est ihs qui uocatur xpus. Omnes ergo gnatio
nes ab abraham usq; ad dauid generatio
nes sunt quatordecim. et a dauid usq; ad
transmigrationem babilonis generationes
quatordecim. et a transmigratione babilo
nis usq; ad xpm gnationes quatordecim.
Omnes itaq; generationes ab abraham
usq; ad xpm generationes xl. duae. xpi a
generatio sic erat. Cum esset desponsa
ta mater ihu maria ioseph. antequam conue
nirent inuenta ē in utero habens de spiritu scto.
ioseph autem uir eius cum esset iustus. et
nollet eam ostendere. voluit occulte dimi
tere eam. Hec autem eo cogitante. ecce a
gelus domini ī somnis apparuit ei dicens.
ioseph fili dauid noli timere accipere ma
riam coniugem tuam. Quod enim ī ea natum
ē. de spiritu scto est. pariet autē filium. et uocabis
nomen eius ihm. ipse enim saluum faciet po
pulum suum a peccatis eorum. hoc autē totum
factum ē. ut adimpleretur q. dictum ē a domino
p. ysaiam dicentem. ecce uirgo ī utero ha
debit et pariet filium. et uocabunt nomen eius
emanuel. qd est interpretatum nobiscum deus.
Exurgens autem ioseph a somno. fecit sicut
precepit ei angelus domini. et accepit coniugem
suam. et non cognoscebat eam. donec peperit
filium suum primogenitum. et uocauit nomen
eius ihm. Cum ergo natus esset ihs in bet
leem iude. ī diebus herodis regis. ecce magi ab
oriente uenerunt in hierusalem dicentes. ubi
est qui natus est rex iudeorum. uidimus enim stellam
eius in oriente. et uenimus adorare eum. Audi
ens autem herodes rex turbatus est. et omnis ie
rosolima cum illo. et congregans omnes
principes sacerdotum. et scribas populi. sciscitabat
ur ab eis ubi xpus nasceretur. at illi dixe
runt ei. in bethleem iude. sic enim scriptum
est per ysaiam. et tu bethleem terra iuda ne

Ysai. xl.

Luc. ii.

Luc. i.

Luc. ii.

Luc. ii.

Luc. ii.

Luc. ii.

Mich. v.

Matth. ii.

Matth. ii.

Matth. ii.

Matth. ii.

Matth. ii.

Matth. ii.

Matth. ii.

Matth. ii.

Matth. ii.

Matth. ii.

¶ Hoc quoque hanc rem nominatos ē generationem. Iamqui quia ab angelo ut ante dictum est
ne desponsatam iam uxorem suam timeret. post ipsum quoque ad eum ipse angelus dicit
mysterium magnum de illo. Proinde tempe necessarium ne cuiquam dicere. ratione nimirum et sapi
ens ioseph ignorantia dubitari potuisse.

quaqn minima es in principibus iuda. ex
te enim exiet dux qui regat plm meu
israel. Tunc herodes clam uocatis magis
diligenter didicit ab eis tempus stelle q;
apparuit eis. Et mittens illos in bethle
em dixit. Ite et interrogate diligenter de
puero. cum inueneritis renuntiate mihi
ut ego ueniens adorem eum. Qui cum
audissent regem abierunt. Et ecce ste
lla qm uiderant in oriente antecedeb
at eos usq; dum ueniens staret sup ubi
erat puer. Videntes autem stellam gauisi
sunt gaudio magno ualde. Et intran
tes domum inuenerunt puerum cum maria
matre eius. et procidentes adorauerunt eum. Et
apertis thesauris suis obtulerunt ei mu
nera. aurum. thus. et myrram. Et respõ
so accepto in somnis ne redirent ad he
rodem. per aliam uiam reuisi sunt in
regionem suam. Qui cum recessissent
ecce angelus domini apparuit in somnis
ioseph dicens. surge et accipe puerum et ma
trem eius. et fuge in egyptum. et esto ibi
usq; dum dicam tibi. futurum enim ut
herodes quirat puerum ad perdendum eum. Qui
consurgens accepit puerum et matrem eius
nocte. et recessit in egyptum. et erat
ibi usq; ad obitum herodis. ut adim
pleretur q; dictum est a domino per ysaiam
dicentem. Ex egypto uocaui filium me
um. Tunc herodes uidens quia illusus
est a magis. iratus est ualde. Et mittens
occidit omnes pueros qui erant in bethle
em et in omnibus finibus eius a bimatu et infra
secundum tempus q; exquisierat a magis.
Tunc adimpletum est q; dictum est per ie
miam ysaiam dicentem. Vox in rama au
dita est. ploratus et ululatus multus. ra
chel ploratus filios suos. et noluit consolari
quia non sunt. Defuncto autem
herode. ecce angelus domini apparuit in
somnis ioseph in egypto dicens. Sur
ge et accipe puerum et matrem eius. et uade
in terram israel. defuncti sunt enim qui querebant
animam pueri. Qui surgens accepit puerum
et matrem eius. et uenit in terram israel.
Audiens autem quod archelaus regnaret
in iudea pro herode patre suo timuit illo ire.
Et admonitus in somnis secessit in par
tes galilee. Et ueniens habitauit in ciuita
te que uocatur nazareth. Vt adimple
retur quod dictum est per ysaiam qm nazareus
uocabitur. In diebus autem illis ueni
ioannes baptista predicans in deserto iudee
dicens. penitentiam agite. appropiuit
enim regnum celorum. Hic est enim de quo dictum est per
ysaiam prophetam dicentem. Vox clamantis in
deserto. parate uiam domini. rectas facite semi
tas eius. Ipse autem ioannes habebat uestimentum
de pilis camelorum. et zonam pelliceam circa
lumbos suos. Cibus autem eius erat locuste.
et mel siluestre. Tunc egrediebatur ad eum ierusa
lem. et omnis iudea. et omnis regio cir
ca iordanem. et baptizabantur in iordane ab
eo. confitentes peccata sua. Videns autem multos
pharisaeorum. et sadducaeorum uenientes ad bap
tismum suum dixit eis. progenies uiperarum.
quis demonstrauit uobis fugere a futura
ira. Facite ergo fructum dignum penite
tie. et ne uelitis dicere intra uos patrem habemus
abraham. dico enim uobis quia potens est
de lapidibus istis suscitare filios abrahe.
Iam enim securis ad radicem arboris posi
ta est. Omnis ergo arbor q; non facit fruc
tum bonum. excidetur et in ignem mittetur.
Ego quidem uos baptizo in aqua. in penitentiam.
Qui autem post me uenturus est. fortior
me est cuius non sum dignus calceamenta
portare. ipse uos baptizabit in spiritu sancto
et igni. Cuius uentilabrum in manu sua.
et permundabit aream suam. et congregabit
triticum suum in horreum. paleas autem
comburet igni inextinguibili. Tunc ue
nit iesus a galilea in iordanem ad ioannem. ut
baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum
dicens. Ego a te debeo baptizari. et tu uenis
ad me. Respondens autem iesus dixit ei. Sine modo.
Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc
dimisit eum. Baptizatus autem iesus continuo
ascendit de aqua. et ecce aperti sunt ei celi. et uidit
spiritum dei descendentem sicut columbam. et uenientem
super se. et ecce uox de celis dicens. Hic est
filius meus dilectus. in quo mihi complacui.
Tunc iesus ductus est in desertum a spiritu. ut tem
taretur a diabolo. Et cum ieunasset. XL. diebus
et XL. noctibus. postea esuriit. Et accedens
temptator dixit ei. Si filius dei es. dic ut la
pides isti panes fiant. Qui respondens dixit.
Scriptum est. non in solo pane uiuit homo. sed in omni
uerbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit
eum diabolus in sanctam ciuitatem. et statuit
eum super pinnaculum templi. et dixit ei.
Si filius dei es. mitte te deorsum. Scriptum est
enim. Quia angelis suis mandauit de te. et in
manibus tollent te. ne forte offendas ad la
pidem pedem tuum. Ait illi iesus rursum. Scri
ptum est. non tentabis dominum deum tuum.
Iterum assumpsit eum diabolus in montem
excelsum ualde. et ostendit ei omnia regna
mundi et gloriam eorum. et dixit ei. Hec omnia si

Gray Scale
0 1 2 3 4

dabo si cadens adoraueris me. Tunc dicit eis ihs.
Vade satana. scriptum est enim. dominum
deum tuum adorabis. illi soli seruies. Tunc reliquit
eum diabolus. et ecce angeli accesserunt. et ma
nistrabant ei. Cum audisset ihs quod io
hannes traditus esset. secessit in galileam. et re
liquit ciuitatem nazareth. uenit. et habitauit in
capharnaum maritimam. in finibus zabu
lon. et neptalim. ut adimpleretur quod dictum
est per ysaiam prophetam. Terra zabulon. et terra
neptalim uia maris. trans iordanem galilee
gentium. populus qui sedebat in tenebris uidit
lucem magnam. et sedentibus in regione umbre
mortis lux orta est eis. De inde cepit ihs prae
dicare. et dicere. penitentiam agite. appropinquauit
enim regnum celorum. Ambulans autem
ihs iuxta mare galilee uidit duos fratres simo
nem qui uocatur petrus. et andream fratrem eius
mittentes rete in mare. erant enim piscatores.
Et ait illis. venite post me. et faciam uos
fieri piscatores hominum. At illi continuo
relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens in
de uidit alios duos fratres. iacobum zebedei
et iohannem fratrem eius in nauigio cum zebe
deo patre eorum reficientes retia sua. et uocauit
eos. Illi autem continuo relictis retibus et patre secu
ti sunt eum. Et circuibat ihs totam gali
leam docens in synagogis eorum. et predicans euan
gelium regni. et sanans omnem languorem
et omnem infirmitatem in populo.
Et abiit opinio eius in totam syriam. et
obtulerunt ei omnes male habentes. uario
bus languoribus. et tentationibus comprehensos. et
qui demoniacos habebant. et lunaticos. et pa
raliticos. et curauit eos. et secuti sunt eum
turbe multe. de galilea. et decapolis. et de ie
rusolima. et de iudea. et de transiordane.
Videns autem turbas ascendit in montem.
et cum sedisset. accesserunt ad eum discipuli eius.
Et aperiens os suum docebat eos dicens. Be
ati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum.
Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Be
ati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Beati
qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi sa
turabuntur. Beati misericordes quoniam ipsi
consequentur misericordiam. Beati mundo corde quoniam ipsi
deum uidebunt. Beati pacifici quoniam filii dei
uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur
propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Be
ati estis cum maledixerint uobis. et persecuti
fuerint uos. et dixerint omne malum
aduersum uos mentientes propter me. Gaudete
et exultate. quoniam merces uestra copiosa est
in celis. Sic enim persecuti sunt prophetas. qui fue
runt ante uos. Vos estis sal terre. Si sal
euanuerit in quo salietur. ad nichilum ualet
ultra. nisi ut mittatur foras. et conculcetur ab
hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest
ciuitas abscondi supra montem posita. neque
accendunt lucernam. et ponunt eam sub
modio sed super candelabrum. ut luceat om
nibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra
coram hominibus. ut uideant uestra bona
opera. et glorificent patrem uestrum qui in celis est.
Nolite putare. quoniam uenerim soluere legem aut pro
phetas. non uenerim soluere sed adimplere. Amen
quippe dico uobis. donec transeat celum et terra
iota unum. aut unus apex non preteribit a lege
donec omnia fiant. Qui ergo soluerit
unum de mandatis istis minimis. et docuerit
sic homines. minimus uocabitur in regno ce
lorum. Qui autem fecerit et docuerit. hic magnus uo
cabitur in regno celorum. Dico autem uobis. quia nisi
habundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et
pharisaeorum non intrabitis in regnum celorum.
Audistis quia dictum est antiquis. Non occides.
Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico
uobis. quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit
iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha. reus erit
concilio. Qui autem dixerit fatue. reus erit ge
henne ignis. Si ergo offeres munus tuum
ad altare. et ibi recordatus fueris quia frater tuus
habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus
tuum ante altare. et uade prius reconciliari
fratri tuo. et tunc ueniens offeres munus tuum.
Esto consentiens aduersario tuo cito. dum es
in uia cum eo. ne forte tradat te aduersarius
iudici. et iudex tradat te ministro. et in carce
rem mittaris. Amen dico tibi non exibis inde
donec reddas nouissimum quadrantem. Audi
stis quia dictum est antiquis. Non mechaberis. Ego autem
dico uobis quia omnis qui uiderit mulierem
ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam
in corde suo. Si autem oculus dexter scandali
zat te. erue eum. et proice abs te. Expedit
enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum. quam
totum corpus tuum eat in gehennam. Et si dex
tera manus tua scandalizat te. abscide
eam. et proice abs te. Expedit enim tibi ut pe
reat unum membrorum tuorum. quam totum corpus tuum
mittatur in gehennam. Dictum est autem. quicum
dimiserit uxorem suam. det illi libellum
repudii. Ego autem dico uobis. quia omnis qui di
miserit uxorem suam excepta fornicationis
causa facit eam mechari. Et qui dimissam duxe
rit adulterat. Rursum audistis quia dictum est antiqui.
Non periurabis. Reddes autem domino iuramenta
tua. Ego autem dico uobis. non iurare omnino. neque
per celum quia thronus dei est. neque per terram quia
scabellum pedum eius est. neque per ueros solum

quia ciuitas ē in magni regis. Neq; p caput
tuū iurabis q; nō potes. unum capillū
album facere aut nigrū. Sit aūt sermo uō
est est. nō nō. Et aū hūc habundantiū est a
malo ē. Audistis q; dctū ē antiquis. O
culum p oculo. & dentem p dente. Ego aū
dico uobis. nō resistere malo. Sed siquis per
cusserit te in dexteram maxillam ptē ei et
alteram. Et ei qui uult tecū iudicio contē
dere. & tunicam tuā tollere. remitte ei
pallium. Et quicq; te angariauerit mille
passus. uade cum eo alia duo. Qui petit
te da eis. et uolenti mutuari a te. ne auer
tas. Audistis q; dctū ē antiquis. diliges p
ximum tuum. & odio habebis inimicum
tuū. Ego aū dico uobis. diligite inimicos ūros
benefacite his q; oderunt uos. Et orate
p persequentibus uos. & calumpniantibus uos
ut sitis filii patris uēi q; in celis ē. q; solē suū
oriri facit super bonos & malos. & pluit super
iustos & iniustos. Si enim diligitis eos q; uos
diligūt q; mercedem habebitis. Nōne & pub
licani hoc faciunt. Et si saluetis fratres
uros tantū. q; amplius facietis. Nonne
ethnici hoc faciunt. Estote ergo uos per
fecti. sicut & pater uēr celestis perfectus ē. Attendite
ne iustitiam uēam faciatis coram hōibus.
ut uideamini ab eis. Alioquin mercedem nō
habebitis ap patrem uēm qui in celis ē. Sū
faciēs elemosinā noli tuba cānere ante te. sicut
hypocrite faciūt in synagogis. & in uiis. ut ho
norificentur ab hōibus. Amēn dico uobis receperūt
mercedem suā. Te aū faciente elemosinam
nesciat sinistra tua q; dextera tua. ut
sit elemosina tua in abscondito. & pater tuus q;
uidet in abscondito reddet tibi. Et cum o
rauerit sicut hypocrite q; amant in sy
nagogis. & in angulis platearum stantes orare.
ut uideantur ab hōibus. Amēn dico uobis
receperunt mercedem suam. Tu aū cū oratū
ueris intra in cubiculum tuū. & clauso ostio
tuo ora patrem tuū in abscondito. Et pa
ter tuus q; uidet in abscondito reddet tibi. Et orantes
aū nolite multum loqui. sicut ethnici. putant
enim q; in multiloquio suo exaudiantur. No
lite ergo assimilari eis. Scit enim pater uēr quid
opus sit uobis. antequam petatis eū. Ergo q;
sic ergo uos orabitis. Pater nr qui es in ce
lis. Sanctificetur nomen tuū. Adueniat
regnū tuum. Fiat uoluntas tua. sicut in ce
lo. et in terra. Panem nrm quotidianum
da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nra
sicut et nos dimittimus debitoribus nris. Et ne nos
inducas in temptationem. Sed libera nos a malo.
Si enim dimiseritis hōibus peccata eorum. dimit

tet et uobis pater uēr celestis delicta uēa. Si aūt
nō dimiseritis hominibus peccata. nec pater uēr dimit
tet peccata uēa. Cum aū ieunatis. nolite
fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim fa
cies suas ut pareant hōibus ieunantes. Amen
dico uobis. q; receperunt mercedem suam. Tu aū
cum ieunas unge caput tuum. & facies tuam
laua. ne uidearis ab hominibus ieunans. sed
patri tuo q; est in abscondito. Et pater tuus qui uidet in ab
scondito reddet tibi. Nolite thesaurizare uo
bis thesauros in terra. ubi erugo & tinea demo
liuntur. & ubi fures effodiunt & furantur. The
saurizate uobis thesauros in celo. ubi neq;
erugo neq; tinea demolitur. & ubi fures non effo
diunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus
tuus. ibi est & cor tuū. Lucerna corporis tui est oculus
tuus. Si fuerit oculus tuus simplex. totū corpus
tuū lucidum erit. Si aū oculus tuus nequ; fuerit. to
tum corpus tuū tenebrosum erit. Si ergo
lumen q; in te est tenebre sunt. ipse tenebre quā
te erunt. Nemo potest duobus dominis seruire.
aut enim unum odio habebit. & alterum diligit.
aut unū sustinebit. & alterum contemnet.
Non potestis seruire deo & mamone. Ideo dico
uobis. ne solliciti sitis aie uēre quid man
ducetis. neq; corpori uēro quid induamini. Nō
ne aīa plus est q; esca. & corpus plus q; uestis
mentum. Respicite uolatilia celi. quoniam non
seminant neq; metunt. neq; congregant in
horea. & pater uēr celestis pascit illa. Nonne mag
nos plus estis illis. Quis aū uēstrū cogitans
potest adicere ad staturam suam cubitum unum.
Et de uestimento quid solliciti estis. Conside
rate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant
neq; nent. Dico autem uobis q; nec Salomon in
omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis.
Si aū fenum agri q; hodie est. & cras in clibanum
mittitur. deus sic uestit. quanto magis uos mo
dice fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes. quid
manducabimus. aut quid bibemus. aut
quo operiemur. hec enim omnia gentes inquirunt.
Scit enim pater uēr quia his omnibus indigetis. Que
rite ergo primum regnum dei. & iustitiam eius.
hec omnia adiacebunt uobis. Nolite ergo
solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies
solliciti erit sibi ipsi. Sufficit diei malicia
sua. Nolite iudicare ut non iudicemini. In
quo enim iudicio iudicauerit iudicabimini.
et in qua mensura mensi fueritis. metietur uobis.
Quid autem uides festucam in oculo fratris tui. et
trabem in oculo tuo non uides. Aut quomodo dicis
fratri tuo. Frater sine eiciam festucam de oculo tuo. et
ecce trabes est in oculo tuo. Hypocrita eice pri
mum trabem de oculo tuo. & tunc uidebis eicere
festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum

cambij. neq; mittatis margaritas uras ante
porcos. ne forte conculcent eas pedibus suis
et conuersi dirumpant uos. petite et dabitur
uobis. quærite et inuenietis. pulsate et aperietur
uobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui quærit
inuenit. et pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis cui si petierit filius suus panem. numquid lapidem porrigit ei? Aut si piscem petierit numquid serpentem porrigit ei? Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filijs uestris. quanto magis pater uester qui in celis est dabit spiritum bonum petentibus se. Omnia ergo quæcumque uultis ut faciant uobis homines. et uos facite eis. hæc est enim lex et prophete. Intrate per angustam portam. quia lata porta et spatiosa uia que ducit ad perditionem. et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta uia que ducit ad uitam. et pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite a falsis prophetis qui uenient ad uos in uestimentis ouium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. a fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas. aut de tribulis ficus. sic omnis arbor bona fructus bonos facit. mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. neq; arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo dæmonia eiecimus. et in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis quia nunquam nouj. Discedite a me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba mea hæc. et facit ea: assimilabitur uiro sapienti qui edificauit domum suam super petram. Et descendit pluuia. et uenerunt flumina. et flauerunt uenti. et inuiserunt in domum illam: et cecidit. et fundata erat super petram. Et omnis qui audit uerba mea hæc. et non facit ea: similis erit uiro stulto qui edificauit domum suam super harenam. et descendit pluuia. et uenerunt flumina. et flauerunt uenti. et inuiserunt in domum illam. et cecidit. et fuit ruina eius magna. Et factum est cum consummasset ihesus uerba hæc: admirabantur turbe super doctrina eius. erat enim docens eos sicut potestatem habens. et non sicut scribe eorum et pharisei. Cum autem descendisset de monte secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus ueniens adorabat eum dicens. domine si uis potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum ihesus dicens. Volo. mundare. Et continuo mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide ne cui dixeris. sed uade ostende te sacerdoti. et offer munus quod præcepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. domine puer meus iacet in domo paralyticus. et male torquetur. Et ait illi ihesus. ego ueniam et curabo eum. Et respondens centurio ait. domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic uerbo. et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus. habens sub me milites. et dico huic uade. et uadit. et alio ueni. et ueniet. et seruo meo fac hoc. et facit. Audiens autem ihesus miratus est. et sequentibus se dixit. amen dico uobis. non inuenimi tantam fidem in israel. dico autem uobis quia multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum abraham et isaac et iacob in regno celorum. filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade. sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Et cum uenisset ihesus in domum petri. uidit socrum eius iacentem. et febricitantem. et tetigit manum eius. et dimisit eam febris. et surgens ministrabat eis. Vespere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes. et eiiciebat spiritus uerbo. et omnes male habentes curauit. ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem. ipse infirmitates nostras accepit. et ægritudines portauit. Videns autem ihesus turbas circa se. iussit ire trans fretum. Et accedens unus scribe ait illi. Magister sequar te quocumque ieris. Et dixit ei ihesus. Vulpes foueas habent. et uolucres cæli nidos. filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi. domine permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Ihesus autem ait illi. Sequere me. et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente eo in nauiculam: secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari. ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt et suscitauerunt eum dicentes. domine saluum nos fac. perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei. Tunc surgens imperauit ventis et mari: et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. qualis est hic: quia uenti et mare obediunt ei. Et cum uenisset trans fretum in regionem gerasenorum occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes sæuissimi. ita ut nemo posset transire per uiam illam. Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis et tibi filij dei: ut quid huc ante tempus torquetis nos. Erat autem illis longe ab illis grex porcorum multorum pascens. Dæmones autem rogabant eum dicentes. Si eiicis nos. mittere nos in gregem porcorum. Et ait illis ihesus. Ite. illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare. et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt. et uenientes in ciuitatem nunciauerunt omnia. et de hijs qui dæmonia habebant. Et ecce

tes eius et cum obuiam ihu. et uiso eo re-
gabant ut transiret a finibus eorum. Et cum
descendisset in naviculam transfretauit et uenit in
ciuitatem suam. et ecce offerebant ei paralyticum
iacentem in lecto. et videns fides illorum
dixit paralytico. Confide fili remittuntur tibi
peccata tua. et ecce quidam de scribis dixerunt in
se. hic blasphemat. et cum uidisset ihc cogi-
tationes eorum dixit. et quid cogitatis mala in
cordibus uestris. Quid est facilius dicere dimittuntur
tibi peccata. aut dicere. surge et ambula. et sciatis
autem quia filius hominis habet potestatem in ter-
ra dimittendi peccata. tunc ait paralytico.
surge tolle lectum tuum et uade in domum
tuam. et surgens abiit in domum suam. Videns
autem turbe timuerunt. et glorificauerunt deum
qui dedit potestatem talem hominibus. Et cum
transiret inde ihc. uidit hominem sedentem in
theloneo matheum nomine. et ait illi. Sequere
me. et surgens secutus est eum. et factum est dum
accumberet in domo. ecce multi publicani
et peccatores uenientes discumbebant cum ihu.
et discipulis eius. et uidentes pharisei dicebant
discipulis eius. Quare cum publicanis et peccato-
ribus manducat magister uester. et ihc audiens ait
non est opus ualentibus medicus. sed malen-
tibus. Euntes autem discite. quid est misericordiam uo-
lo et non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos
sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli io
hannis dicentes. Quare nos et pharisei ieuna-
mus frequenter. discipuli autem tui non ieunant. et
ait illis ihc. Numquid possunt filii sponsi
luge. cum cum illis est sponsus. Venient autem
dies cum auferetur ab eis sponsus. tunc ieuna-
bunt. Nemo autem immittit commissuram pan-
nui rudis in uestimentum ueterem. Tollit enim
plenitudinem eius a uestimento. et peior scis-
sura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres
ueteres. Alioquin rumpuntur utres. et uinum
effundetur. et utres pereunt. Sed uinum nouum
in utres nouos mittunt. et ambo conseruan-
tur. Dum hec illo loquente ad eos. ecce princeps u-
nus accessit. et adorabat eum dicens. Domine fi-
lia mea modo defuncta est. sed uenit imponite
manum super eam et uiuet. et surgens ihc se-
quebatur eum et discipuli eius. et ecce mulier que
sanguinis fluxum patiebatur. xii. annis accessit
retro. et tetigit fimbriam uestimenti eius.
Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum ue-
stimentum eius. salua ero. et ihc conuersus et
uidens eam dixit. Confide filia fides tua
te saluam fecit. et salua facta est mulier ex
illa hora. Et cum uenisset ihc in domum
principis et uidisset tibicines et turbam
tumultuantem dicebat. Recedite. non enim
est mortua puella. sed dormit. et deridebant
eum. et cum eiecta esset turba. intrauit et tenuit
manum eius et surrexit puella. et exiuit fama hi-
us in universam terram illam. et transeuntibus inde
ihu: secuti sunt eum duo ceci. clamantes et di-
centes. miserere nobis fili dauid. Cum autem
uenisset domum. accesserunt ad eum ceci. et
dicit eis ihc. Creditis quia possum hoc facere uobis.
dicunt ei utique domine. Tunc tetigit oculos
eorum dicens. Secundum fidem uestram fiat uobis.
et aperti sunt oculi eorum. et comminatus est illis
ihc dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeun-
tes diffamauerunt eum in tota terra illa.
egressis autem illis. ecce obtulerunt ei hominem
mutum. demonium habentem. et eiecto demonio. lo-
cutus est mutus. et mirate sunt turbe dicentes.
numquam apparuit sic in israel. pharisei autem dicebant.
In beelzebub principe dyemoniorum eiicit dyemonia.
et circuibat ihc omnes ciuitates et castella docens
in synagogis eorum et predicans euangelium regni et
curans omnem languorem et omnem infirmitatem.
Videns autem turbas miseratus est eas quia erant
uexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem.
Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem mul-
ta. operarii autem pauci. Rogate ergo dominum
messis. ut mittat operarios in messem suam.
Et conuocatis duodecim discipulis suis de-
dit illis potestatem spiritum immundorum ut
eicerent eos et curarent omnem languorem et om-
nem infirmitatem. Duodecim autem nomina apos-
tolorum sunt. Primus simon qui dicitur petrus et andre
frater eius. Iacobus zebedei et iohannes frater eius. Phili-
ppus et bartholomeus. thomas et matheus
publicanus. Iacobus alphei et thadeus. Simon
chananeus et iudas scariothes. qui et tradidit
eum. Hos duodecim misit ihc precipiens eis dicens.
In uiam gentium ne abieritis. et ciuitatem sa-
maritanorum ne intraueritis. sed potius ite ad
oues que perierunt domus israel. Euntes autem predi-
cate dicentes. quia appropinquauit regnum celorum. In
firmos curate. mortuos suscitate. leprosos
mundate. dyemones eicite. Gratis accepistis
gratis date. Nolite possidere aurum. neque ar-
gentum. neque pecuniam in zonis uestris. non
peram in uia. neque duas tunicas. neque cal-
ceamenta neque uirgam. dignus enim est op-
erarius cibo suo. In quamcumque autem
ciuitatem aut castellum intraueritis inqui-
rite quis ibi dignus sit. et ibi manete do-
nec exeatis. Intrantes autem in domum salu-
tate eam dicentes. pax huic domui. Et si fue-
rit domus illa digna: ueniet pax uestra
super eam. Si autem non fuerit digna: pax uestra ad
uos redeat. Et quicumque non receperit uos
neque audierit sermones uestros. exeuntes fo-

de domo uel aurate: et aurte pulueri de pe
dibus uestris. Amen dico uobis tolerabilius erit
terre sodomorum et gomorreorum in die iudicii quam
illi autem. Ecce ego mitto uos sicut oues
in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut ser
pentes et simplices sicut columbe. Cauete ab
ab hominibus. Tradent enim uos in consilia. et
in synagogis suis flagellabunt uos. Et ad ue
gem et presides ducemini propter me in testimo
nium illis et gentibus. Cum autem tradent uos
nolite cogitare quomodo aut quid
loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid
loquamini. Non enim uos estis qui loq
uimini. sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et
frater fratrem in mortem. et pater filium. Et insurgent
filii in parentes. et morte eos afficient. Et eri
tis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui
autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit.
Cum autem persequentur uos in ciuitate ista fugite
in aliam. Amen dico uobis. non consumabi
tis ciuitates israel donec ueniat filius hominis.
Non est enim discipulus super magistrum. nec seruus super
dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut
magister eius. et seruus sicut dominus eius. Si patrem
familias appellauerunt beelzebub quanto magis
domesticos eius. Ne ergo timueritis eos. Non est
enim opertum quod non reuelabitur. et occul
tum quod non scietur. Quod dico uobis in tenebris.
dicite in lumine. et quod in aure audistis predicate
super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus
autem animam non possunt occidere. sed potius timete
eum qui potest animam et corpus perdere in gehenna. Nonne
duo passeres asse ueneunt. et unus ex illis non
cadet super terram sine patre uestro. Vestri autem capi
tis capilli omnes numerati sunt. Nolite ergo timere.
multis passeribus meliores estis uos.
Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus.
confitebor ego eum coram patre meo qui est in celis.
Qui autem me negauerit coram hominibus. negabo
et ego eum coram patre meo qui est in celis. Nolite
arbitrari quia uenerim mittere pacem in terram.
non uenerim pacem mittere sed gladium. Veni enim
separare hominem aduersus patrem suum. et filiam
aduersus matrem suam. et nurum aduersus socrum
suam. et inimici hominis domestici eius. Qui a
mat patrem aut matrem plus quam me. non est me
dignus. Et qui amat filium aut filiam super me.
non est me dignus. et qui non accipit crucem suam. et
sequitur me non est me dignus. Qui inuenerit
animam suam perdet illam. Et qui perdiderit animam
suam propter me inueniet eam. Qui recipit uos me
recipit. Et qui me recipit recipit eum qui me
misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete. mercedem
prophete recipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti
mercedem iusti accipiet. Et quicumque potum de

dederit unum ex minimis istis calicem aque frigide
tantum in nomine discipuli. amen dico uobis non perdet mer
cedem suam. Et factum est cum consummasset iesus
duodecim discipulos suos. transiuit inde ut
docet et predicaret in ciuitatibus eorum. Iohannes au
tem audisset in uinculis opera christi. mittens
duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui uenturus
es. an alium expectamus. Respondens
ihesus ait illis. Euntes renuntiate iohanni que
audistis et uidistis. Ceci uident. claudi am
bulant. leprosi mundantur. surdi audiunt.
mortui resurgunt. pauperes euangelizantur.
Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.
Illis autem abeuntibus. cepit ihesus dicere de ad turbas de
iohanne. Quid existis in deserto uidere. harundinem
uento agitatam. Sed quid existis ui
dere. hominem mollibus uestitum. Ecce qui
mollibus uestiuntur. in domibus regum sunt. Sed
quid existis uidere prophetam. etiam dico uobis
et plusquam prophetam. hic est enim de quo scriptum
est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam.
qui preparabit uiam tuam ante te. Amen dico
uobis. non surrexit inter natos mulierum maior
iohanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum
maior est illo. A diebus autem iohannis baptiste usque
nunc. regnum celorum uim patitur. et uiolenti
diripiunt illud. Omnes enim prophete et lex. usque
ad iohannem prophetauerunt. Et si uultis recipere ipse est
helias qui ventturus est. Qui habet aures audiendi
audiat. Cui autem similem existimabo hanc
generationem. Similis est pueris sedentibus
in foro. qui clamantes ceteris dicunt. Cantauimus uobis
et non saltastis. Lamentauimus uobis
et non plangistis. Venit enim iohannes neque manducans
neque bibens. et dicunt. Demonium habet.
Venit filius hominis manducans et bibens.
et dicunt. Ecce homo uorax et potator uinum. et
publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est
sapientia a filiis suis. Tunc cepit exprobrare ciui
tatibus in quibus facte sunt plurime uirtutes eius.
quia non egissent penitentiam. Ve tibi corozain.
ve tibi bethsaida. quia si in tyro et sydone facte essent
uirtutes que facte sunt in uobis. olim in cilicio
et cinere penitentiam egissent. Verumtamen
dico uobis. tyro et sydoni. remissius erit in
die iudicii. quam uobis. Et tu capharnaum
nunquid usque ad celum exaltaberis. usque in infernum
descendes. quia si in sodoma facte essent uirtutes
que facte sunt in te. forte mansissent usque in hunc
diem. Verumtamen dico uobis. quia terre sodoma
rum remissius erit in die iudicii quam tibi.
In illo tempore respondens ihesus dixit. Confiteor
tibi pater domine celi et terre. quia abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus. et reuelasti
ea paruulis. Etiam pater quoniam sic fuit placitum

Luc. xxv.
Mar. xii. xiii.
Luc. xxxi.
Io. xxxi.
Act. xxxvi.
Ex. viii.
P. lvi.
Ge. i.
P. cii.
Ge. xxxii.
Act. xiv.
Leu. vi.
Deo. ii. xxvi.
Io. xviii. ii.
Luc. xxvi.
Ps. cxcv.
Luc. xx. b.
Luc. xxxi.
Ps. cxiii. b.
Ps. i.
Ps. iii.
Ge. i.
Iob. xviii.
Mat. x. xxvi.
Leu. xxxviii.
Ps. xxx. lvi.
Ps. cxlv.
Deut. xxx.
Ec. v.
Luc. liii.
Dep. xxx.
Osee. xviii.
Cant. ii.
Luc. lxi.
Luc. lxvi.
Io. xxxi.
Io. xvi.
Mar. xxxi.
Luc. xi.
Io. xxvi.
Mar. xxi
Luc. xxv.
Io. ii. ii.
Mat. x. ii.
Mar. i.
Luc. xi.
Io. ii. ii.
Luc. xi. ii. hic exprobrat ciuitates
Luc. xl.
Iob. xviii.
Ioh. xxxi.
Luc. xlv.
Deut. iii.

ante oculos meditatus est. Quis enim nouit filium nisi pater. neque nouit patrem nisi filius et cui voluerit filius reuelare.
Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos. et discite a me quia mitis sum et humilis corde. et inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est et onus meum leue. ¶ In illo tempore: abiit ihesus sabbatis per sata. et discipuli eius esurientes cepere uellere spicas et manducare. Pharisei autem uidentes dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Nonne legistis quid fecerit dauid quando esurit. et qui cum eo erant. quomodo intrauerit domum dei. et panes propositionis comederit quos non licebat ei edere. neque his qui cum eo erant. nisi solis sacerdotibus. Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant. et sunt sine crimine. Dico autem uobis. quia templo maior est hic. Si autem scissetis. quid est misericordiam uolo. et non sacrificium: numquam condempnasseetis innocentes. Dominus enim est filius hominis. et sabbati. Et cum inde transisset. uenit in synagogam eorum. Et ecce homo erat habens aridam manum. et interrogabant eum dicentes. Si licet sabbatis curare: ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis. Quis erit ex uobis homo qui habet ouem unam. et si ceciderit hoc sabbatis in foueam. nonne tenebit et leuabit eam. Quanto igitur melior est homo ouibus. Ita igitur licet sabbatis bene facere. Tunc ait homini. Extende manum tuam. et extendit. et restituta est sana sicut altera. Exeuntes autem pharisei consilium fecerunt aduersum eum. quomodo eum perderent. Sciens autem iesus recessit inde. Et secuti sunt eum multi. et curauit eos omnes. et precepit eis ne manifestum eum facerent. ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi. dilectus meus in quo bene complacuit anime mee. ponam spiritum meum super eum. et iudicium gentibus annunciabit. non contendet neque clamabit. nec audiet aliquis in platea uocem eius. Arundinem quassatam non confringet. et linum fumigans non extinguet. donec eiciat ad victoriam iudicium. et in nomine eius gentes sperabunt. ¶ Tunc oblatus est ei demonium habens. ceecus et mutus. et curauit eum. ita ut loquens et uideret. Et stupebant omnes turbe. et dicebant. Numquid hic est filius dauid? Pharisei autem audientes dixerunt. hic non eiicit demonia nisi in beelzebub principe demoniorum. Ipse autem sciens cogitationes eorum dixit eis. Omne regnum diuisum desolabitur et omnis ciuitas aut domus diuisa non stabit. Et si satanas satanam eiciat. aduersus se diuisus est. quomodo ergo stabit regnum eius. Et si ego in beelzebub eiicio demonia. filii uestri in quo eiiciunt. Ideo ipsi iudices uestri erunt. Si autem in spiritu dei eiicio demonia. igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis. et uasa eius diripere. nisi prius alligauerit fortem. et tunc domum illius diripiet. Qui non est mecum. contra me est. et qui non congregat mecum. spargit. Ideo dico uobis. omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus. Spiritum autem blasphemie non remittetur. Et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis. remittetur ei. Qui autem dixerit uerbum contra spiritum sanctum. non remittetur ei. neque in hoc seculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam bonam. et fructum eius bonum. Aut facite arborem malam. et fructum eius malum. Ex fructu enim arbor agnoscitur. Progenies uiperarum quomodo potestis loqui bona. cum sitis mali. ex habundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona. et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem uobis. quia omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines. reddent de eo rationem die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis. et ex uerbis tuis condempnaberis. ¶ Tunc responderunt ei quidam de scribis et pharisei dicentes. Magister uolumus a te signum uidere. Qui respondens ait illis. Generatio mala et adultera signum querit. et signum non dabitur ei. nisi signum ionae prophete. Sicut enim fuit ionas in ceto tribus diebus et tribus noctibus. ita erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Ninuite surgent in iudicio cum generatione ista. et condempnabunt eam. quia penitentiam egerunt in predicatione ionae. Et ecce plus quam ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista. et condempnabit eam. quia uenit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plus quam salomon hic. ¶ Cum autem immundus spiritus exierit ab homine. ambulat per loca arida quaerens requiem. et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam. unde exiui. Et cum uenerit inuenit eam uacantem. scopis mundatam. et ornatam. Tunc uadit. et assumit septem alios spiritus secum nequiores se. et intrantes habitant ibi. et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessimae. ¶ Adhuc eo loquente ad turbas ecce mater eius et fratres eius stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stantes querunt te. At ipse respondens dixit illi ait. Quae est mater mea. et qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos ait. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est. ipse meus frater et soror et mater est. ¶ In illo die exiens ihesus de domo sedebat secus mare. et congregate sunt ad eum turbe multe. ita ut in nauiculam ascendens sederet. omnis autem turba stabat in litore. Et locutus est multa in parabolis dicens. Ecce exiit qui seminat ad seminandum semen suum.

Ps. cxxxi. xxxii. Eccl. xxxii.

I 7 o

Mar. viii. Luc. xiii.

Ps. xxxiii.

Mar. viii. Luc. xi.

Ys. xxxii.

Mar. viii. Mt. xxii.

Ps. xxxiii. Io. xiii. xiii. xiii.

Luc. xlvi.

Ys. xlii. Mt. xii. Mar. x. Ps. xxxii. Mar. x.

Mt. xii. Luc. xi. Io. ii. Luc. xi. Io. viii. Luc. xi. Luc. xi. Io. viii. Luc. xi. Io. viii. Luc. xi. Io. viii

suum. Et dum seminat. quedam ceciderunt secus
viam. et venerunt volucres celi. et comederunt ea. Alia
autem ceciderunt in petrosa. ubi non habebant terram multam.
et continuo exorta sunt. quia non habebant alti-
tudinem terre. Sole autem orto estuauerunt. et quia non ha-
bebant radicem aruerunt. Alia autem ceciderunt in
spinas. et creuerunt spine. et suffocauerunt ea. Alia
autem ceciderunt in terram bonam. et dabant fructum.
Aliud centesimum. Aliud sexagesimum. Aliud tre-
simum. Qui habet aures audiendi audiat. Et accedentes
ad eum discipuli dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris
eis? Qui respondens ait illis. Quia vobis datum est
cognoscere mysteria regni celorum. illis autem non est datum.
Qui enim habet dabitur ei. et abundabit. Qui autem non
habet. et quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis
quia videntes non videant. et audientes non audiant. neque
intelligunt. Et ad impletur eis ysaias propheta dicens.
Auditu audietis. et non intelligetis. et videntes
videbitis. et non videbitis. Incrassatum est enim cor populi
huius. et aures eorum gravate audierunt. Et oculos suos claudi-
runt. ne quando videant oculis. et aures audiant. et cor
de intelligant. et convertantur. et sanem eos. Vestri autem
beati oculi quia vident. et aures vestre quia audiunt.
Amen quippe dico vobis. quia multi prophete et iusti de-
siderauerunt videre quod videtis. et non viderunt. et audire quod
audistis. et non audierunt. Vos ergo audite parabolam
seminantis. Omnis qui audit verbum regni. et non
intelligit. venit malus. et rapit quod seminatum est
in corde eius. hic est qui secus viam seminatus est.
Qui autem super petrosa seminatus est. hic est qui verbum
audit. et continuo cum gaudio accipit illud. non habet
autem in se radicem. Et est temporalis. Factis autem tribu-
lationis propter verbum continuo scandalizatur.
Qui autem in spinis seminatus est. hic est qui verbum
audit. et sollicitudo huius seculi. et fallacia divitiarum
suffocat verbum. et sine fructu efficitur. Qui vero
in terram bonam seminatus est. hic est qui audit verbum.
et intelligit. et fructum affert. Et facit quidem
aliud centesimum. Aliud sexagesimum. Aliud trigesimum.
Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile
est regnum celorum homini qui seminat bonum
in agro suo semen. Cum autem dormirent homines.
venit inimicus eius. et superseminauit zizania
in medio tritici. et abiit. Cum autem crevisset herba
et fructum fecisset. tunc apparuerunt zizania. Accedentes
autem servi patrisfamilias dixerunt ei. Domine nonne
bonum semen seminasti in agro tuo. Unde ergo
habet zizania. Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui
autem dixerunt ei. Vis imus et colligimus eas. Et ait.
non. ne forte colligentes zizania. eradicetis simul
cum eis. et triticum. Sinite utraque crescere usque ad
messem. et in tempore messis dicam messoribus.
Colligite primum zizania. et alligate ea fascicu-
los ad comburendum. triticum autem congregate in horre-
um meum. Aliam parabolam proposuit eis di-
cens. Simile est regnum celorum grano sinapis. quod
accipiens homo seminauit in agro suo. quod minimum est
quidem omnibus seminibus. Cum autem creuerit maius est
omnibus holeribus. et fit arbor. ita ut volucres celi
veniant. et habitent in ramis eius. Aliam parabolam
loquutus est eis dicens. Simile est regnum celorum fermento
quod accepto mulier abscondit in farine sata
tribus modiis donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est
Ihesus in parabolis ad turbas. et sine parabolis non loque-
batur eis. ut impleretur quod dictum erat per prophetam
dicentem. Aperiam in parabolis os meum. eructabo
abscondita a constitutione mundi. Tunc
dimissis turbis. venit in domum. Et accesse-
runt discipuli eius ad eum dicentes. Disserere
parabolam nobis zizaniorum agri. Qui respondens
ait. Qui seminat bonum semen. est filius hominis.
ager autem est mundus. Bonum autem semen. hi sunt filii
regni. Zizania autem filii sunt nequam. Inimicus
autem qui seminauit ea. est diabolus. Messis autem consum-
matio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo
colliguntur zizania. et igni comburuntur. sic erit
in consummatione seculi. Mittet filius hominis
angelos suos. et colligent de regno eius omnia scandala. et eos
qui faciunt iniquitatem. et mittent eos in caminum
ignis. ibi erit fletus. et stridor dentium. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris mei. Qui habet aures
audiendi audiat. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. quem cum invenit homo.
abscondit. et prae gaudio illius vadit. et vendit universa quae habet. et emit agrum illum. Iterum simile est regnum
celorum homini negotiatori. quaerenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita. abi-
it. et vendidit omnia quae habuit. et emit eam. Iterum
simile est regnum celorum sagenae missae in mare. et ex
omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta
esset educentes. et sedentes secus litus elegerunt bo-
nos in vasa sua. malos autem foras miserunt. Sic
erit in consummatione seculi. Exibunt angeli. et separa-
bunt malos de medio iustorum. et mittent eos in
caminum ignis. ibi erit fletus. et stridor dentium.
Intellexistis hec omnia. dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est
patrifamilias. qui profert de thesauro suo nova et
vetera. Et factum est cum consummasset Ihesus parabo-
las istas. transiit inde. venit in patriam suam
docebat eos in synagogis eorum. ita ut mirarentur
et dicerent. Unde huic sapientia hec. et virtutes. Non
ne hic est filius fabri? Nonne mater eius dicitur Maria. et
fratres eius Iacobus. et Ioseph. et Symon. et Iudas? et soro-
res eius. nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo hu-
ic hec omnia? Et scandalizabantur in eo. Iesus autem
dixit eis. Non est propheta sine honore nisi in patria sua. et
in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas propter
incredulitatem illorum. In illo tempore audiuit
Herodes tetrarcha famam Ihesu. et ait pueris suis.

Leo. lxxi.
Ioh. xv.
Luc. vi.
Mat. lxxv.
Ps. xviii.
Luc. vii.
pe. i. iij.
S. e. vii.
pep. eliij.
Luc. xi.
Luc. xij.
Leo. xvij.
Leo. xlvi.
Adeo. i. x.
Adeo. i. xxi. ep.
Mat. xiij.
Luc. xiij.
Leo. lx
Ec. xl.
Leo. xvij.
Ecc. xvij.
Leo. lxxxvi.
Mat. vi.
Dan. xii.
Leo. lxxxvi.
Mat. xv.
Luc. xij.
Io. xvij.
Io. viij. vii.
Mat. xvij.
Luc. xxxiij. xi.

hæc iohannes baptista. qui fuerat amorem
ei. et dum audiret eum fecit. herodes enim te
nuerat iohem. et alligauerat eum. et posuerat in car
cere. propter herodiadem uxorem fratris sui. dixerat enim
illi iohes. non licet tibi habere eam. et volens eum
interfecere timuit populum. quia sicut prophetam eum
habebant. die autem natalicio herodis saltauit
filia herodiadis in medio. et placuit herodi.
unde ei cum iuramento pollicitus est dare quod
postulasset. ipsa autem ante admonita a matre
sua. da mihi inquit hic in disco caput iohannis
baptiste. et contristatus est rex propter iuramentum
suum. et eos qui per iuramentum erant spernere
noluit. et mittens decollauit iohem in carcere.
et allatum est caput eius in disco. et datum est puel
le. et tulit matri sue. et accedentes discipuli
eius tulerunt corpus eius. et sepelierunt illud.
et uenientes nuntiauerunt iesu. Cold
cum audisset hic secessit inde in nauicu
lam in locum desertum seorsum. et cum audisset
turbe secute sunt eum pedestres de ciuitatibus
et exiens uidit turbam multam. et misericordia
motus est super eos. et curauit languidos eorum. uespere autem
accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. di
mitte turbas. ut euntes in castella emant sibi
escas. ihesus autem dixit eis. non habent necesse ire ergo
illis uos manducare. Respondentes autem ei iesus
habemus hic nisi quinque panes. et duos pisces.
Qui ait eis. afferte mihi illos huc. et cum iussisset
ut turbam discumbere super fenum. accepto quin
que panibus et duobus piscibus. aspiciens in celum bene
dixit. et fregit. et dedit discipulis suis panes. et dis
cipuli autem turbis. et manducauerunt omnes. et
saturati sunt. et tulerunt reliquias duodecim
cophinos fragmentorum plenos. et manducantes
fuerunt autem quinque milia uirorum exceptis
mulieribus et paruulis. et statim iussit dis
cipulos suos ascendere in nauiculam. et precedere
eum transfretum. donec dimitteret turbas. et
dimissa turba. ascendit in montem solus ora
re. Cum esset autem iam sero. fluctuabat
in medio mari. et ipse solus erat ibi. et uidens eos
laborantes in remigando. erat enim contrarius uentus. et circa
quarta autem uigilia noctis uenit ad eos ambulans super mare. et ui
dentes eum super mare ambulantem. turbati sunt
dicentes. quia fantasma est. et pre timore clamauerunt.
et continuo locutus est eis. et dixit eis. habete
fiduciam. ego sum. nolite timere. respondens autem
petrus dixit. domine si tu es iube me uenire ad
te super aquas. at ipse ait. uenit. et descendens petrus
de nauicula. ambulabat super aquas. ut ueniret
ad iesum. uidens autem uentum ualidum timuit. et cum cepisset mergi. clamauit dicens.
domine saluum me fac. et continuo iesus porrigens manum apprehendit eum. et ait eis

li. quodcumque fidei qui dubitasti. et cum ascendisset
in nauicula cessauit uentus. et qui erant
in nauicula uenerunt. et adorauerunt eum
dicentes. Vere filius dei es. et cum transfretassent
uenerunt in terram genesaret. et cum cog
nouissent eum uiri loci illius. miserunt in
uniuersam regionem illam. et obtulerunt ei
omnes male habentes. et rogabant eum ut
uel fimbriam uestimenti eius tangerent. et
quicumque tetigerunt salui facti sunt. Tunc ac
cesserunt ad eum ab hierosolimis scribe et phari
sei dicentes. Quare discipuli tui transgrediun
tur traditionem seniorum. non enim lauant manus
suas cum panem manducant. Ipse autem respondens ait
illis. Quare uos transgredimini mandatum
dei propter traditionem uestram. Deus enim dixit. Iho
nora patrem tuum et matrem. et qui maledixerit patri uel ma
tri morte morietur. Vos autem dicitis. quicumque
dixerit patri uel matri. munus quod cumque ex me
profuerit tibi. honorificabit patrem suum. aut
matrem suam. et irritum fecistis mandatum di
propter traditionem uestram. hypocrite bene prophetauit de
uobis isaias dicens. Populus hic labiis me honorat
cor autem eorum longe est a me. sine causa autem colunt
me. docentes doctrinas et mandata hominum.
et conuocans ad se turbas dixit eis. Audite et
intelligite. non quod intrat in os coinquinat ho
minem. sed quod procedit ex ore. hoc coinquinat ho
minem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt
ei. Scis quia pharisei audito hoc uerbo scandalizati
sunt. At ille respondens ait. Omnis plan
tatio quam non plantauit pater meus celestis eradi
cabitur. Sinite illos. caeci sunt duces caecorum. caecus autem
si caecum ducat. ambo in foueam cadunt. Respondens autem petrus
dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille
dixit. Adhuc nec uos intellecti estis. Non
intelligitis quia omne quod in os intrat in uentrem
uadit. et in secretum emittitur. Quae autem procedunt
de ore. de corde exeunt. et ea coinquinant hominem.
de corde enim exeunt cogitationes malae. homi
cidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa testi
monia. blasphemiae. hae sunt quae coinquinant
hominem. sed lotis manibus manducare non coinquinat hominem. Et egressus inde
ihesus secessit in partes tyri et sidonis. et ecce
mulier chananea a finibus illis exiens cla
mabat dicens ei. miserere mei domine fili
dauid. filia mea male a daemonio uexatur.
et non respondit ei uerbum. et accedentes disci
puli eius rogabant eum dicentes. dimitte eam.
quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait.
non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus
israel. At illa uenit. et adorauit eum dicens.
domine adiuua me. Cum respondisset autem ei

Mar. xxiiij.

Luc. i.

Ioh. i. ii

Mar. xxiiij.

Luc. i.

Ioh. i. ii

Mar. xxvi.

Luc. xxxvi.

Luc. xxiii.

Ioh. i. xiii.

Ex. xxxiiij.

Mar. xvi.

Luc. xxiiij.

Ioh. xx.

Ioh. xxi.

Ioh. xxxiii

Luc. xxiii.

Ioh. xxx.

Luc. xxxvi.

Luc. xxiii.

Ioh. i. xiii.

Ex. xxxiiij.

Ioh. xiii.

Ioh. i. xiii.

Ioh. xxxiii

Mar. xvi.

Luc. xxiiij.

Ioh. xx.

Ioh. xxi.

Ex. xxxiiij



Gray Scale

Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen

hominem dimittet uxorem suam quamquam et ca-
lumniam adhibeat sicut legitur quod fecerit maschus
et femina. Ab initio fecit eos et dixit propter hoc di-
mittet homo patrem suum et adherebit uxori suae
et erunt duo in carne una. Itaque iam non duo sunt
sed caro una. Quod ergo deus conjunxit homo non separet. Di-
cunt illi. Quid ergo moyses mandauit dare
libellum repudii et dimittere. Ait illis. Quia
moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis
dimittere uxores uestras. Ab initio non sic fuit. Di-
co autem uobis quia quicumque dimiserit uxorem
suam nisi ob fornicationem et alteram duxerit
moechatur. Et qui dimissam duxerit moechatur.
Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum
uxore non expedit nubere. Cum dixisset sponsus
et sponsa unum id est quibus datum est. Sed non omnes
capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Sunt enim
eunuchi qui de matris uentre sic nati sunt. Et sunt
eunuchi qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunu-
chi qui se ipsos eunuchizauerunt propter regnum celorum.
Qui potest capere capiat. Tunc obtulerunt
ei paruulos ut manus eis imponeret et orauit.
Discipuli autem increpabant eos. Ille autem ait illis.
Sinite paruulos et nolite eos prohibere ad me
uenire. Talium enim est regnum celorum. Et cum
imposuisset eis manus abiit inde. Et ecce unus
accedens ait illi. Magister bone. Quid boni faciam
ut habeam uitam eternam. Qui dixit ei.
Quid me interrogas de bono. Unus est bonus deus.
Si autem uis ad uitam ingredi serua mandata.
Dicit illi. Quae. Ait autem. Non homicidium fa-
ciet. Non adulterabis. Non facies furtum. Non fal-
sum testimonium dicet. Honora patrem tuum
et matrem et diliges proximum tuum sicut te ipsum. Di-
cit illi adolescens. Omnia hec custodiui. Quid adhuc
mihi deest. Ait illi ihesus. Si uis perfectus esse. Vade uende
de omnia quae habes et da pauperibus et habebis thesau-
rum in celo et uenit sequere me. Cum audisset autem
adolescens uerbum hoc abiit tristis erat enim habens
multas possessiones. Ihesus autem dixit discipulis
suis. Amen dico uobis quia diuites difficile intrabunt
in regnum celorum. Et iterum dico uobis. Facilius est
camelum per foramen acus transire quam diuitem
intrare in regnum celorum. Audientes autem hoc discipuli
mirabantur ualde dicentes. Quis ergo poterit saluus esse. Aspiciens autem ihesus dixit illis. Apud
homines hoc impossibile est. Apud deum autem omnia possi-
bilia sunt. Tunc respondens petrus dixit ei. Ecce
nos reliquimus omnia et secuti sumus te.
Quid ergo erit nobis. Ihesus autem dixit illis. Amen
dico uobis. Quod uos qui secuti estis me in regenera-
tione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae
sedebitis et uos super sedes XII. iudicantes XII. tribus
israel. Et omnis qui reliquerit domum aut fratres
aut sorores aut patrem aut matrem aut uxo-
rem aut filios aut agros propter nomen meum
centuplum accipiet et uitam eternam possidebit.
Multi autem erunt nouissimi primi et primi nouissi-
mi primi. Simile est regnum celorum homini patri
familias qui exiit primo mane conducere
operarios in uineam suam. Conuentione autem facta
cum operariis ex denario diurno: misit eos in
uineam suam. Et egressus circa horam tertiam
uidit alios stantes in foro otiosos et illis dixit.
Ite et uos in uineam meam et quae iusta fuerit
dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit
circa sextam et nonam horam et fecit similiter.
Circa undecimam uero exiit et inuenit alios stantes
et dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi.
Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis
ite et uos in uineam meam. Cum sero autem
factum esset dicit dominus uineae procuratori suo. Voca
operarios et redde illis mercedem incipiens a no-
uissimis usque ad primos. Cum uenissent
ergo circa undecimam horam uenerunt
accepiunt singulos denarios. Venientes
autem primi arbitrati sunt quod plus essent acci-
pere. Acceperunt autem singulos denarios. Et
accipientes murmurauerunt aduersus patrem
familias dicentes. Hi nouissimi una hora
fecerunt et pares illos nobis fecisti. Qui pro-
nunciauit pondus diei et aestus. At ille respondens
unum eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriam. Non
ne ex denario conuenisti mecum. Tolle quod tuum
est et uade. Volo autem huic nouissimo dare sicut
et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere. An o
culus tuus nequam est. Quia ego bonus sum. Sic
erunt nouissimi primi et primi nouissimi.
Multi enim sunt uocati pauci uero electi.
Et ascendens ihesus hierosolimam assumpsit
duodecim discipulos secreto. Et ait illis. Ecce
ascendimus hierosolimam et filius hominis
tradetur principibus sacerdotum et scribis et con-
dempnabunt eum morte. Et tradent eum
gentibus ad deludendum et flagellandum et con-
spuendum et crucifigendum et tertia die resurget.
Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum
filiis suis adorans et petens aliquid ab eo.
Qui dixit ei. Quid uis. Ait illi domine ut se-
dent hi duo filii mei unus ad dexteram tuam
et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem
ihesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere
calicem quem ego bibiturus sum et baptismo quo
baptisor. Ait illis. Calicem quidem meum bi-
betis. Sedere autem ad dexteram meam uel
ad sinistram non est meum dare uobis sed quibus
paratum est a patre meo. Et audientes decem
indignati sunt de duobus fratribus. Hic autem
uocauit eos ad se et ait. Scitis quia principes
gentium dominantur eorum et qui maiores sunt
potestatem exercent in eos. Non erit ita inter

uos. Et quicumq; uolueritinter uos maior fi-
ri: erit uester seruus. Sicut filius hominis non
uenit ministrari. sed ministrare. et dare ani-
mam suam redemptionem pro multis. Et egredi-
entibus illis ab iericho: secuta sunt eum turbe
multe. Et ecce duo ceci sedentes secus uiam.
audientes quia iesus transiret. clamauerunt
dicentes. domine miserere nobis fili dauid.
Turba autem increpabat eos: ut tacerent. At
illi magis magis clamabant dicentes. do-
mine miserere nobis fili dauid. Et stetit iesus. uo-
cauit eos. et ait. Quid uultis ut faciam uobis.
Dicunt illi. domine ut aperiantur oculi nostri. Misericor-
dia autem commotus iesus tetigit oculos eorum. et continuo
uiderunt. et secuti sunt eum. Et cum appro-
pinquasset iesus solimis. et uenisset bethphage
ad montem oliueti. tunc misit duos discipu-
los dicens eis. Ite in castellum quod contra uos est.
et statim inuenietis asinam alligatam. et
pullum cum ea. soluite et adducite mihi.
Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite quia dominus
his opus habet. et continuo dimittet eos. Hoc
autem factum est ut adimpleretur quod dictum est per
prophetam dicentem. Dicite filie sion. Ecce rex tuus
uenit tibi mansuetus. et sedens super asinam.
et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipu-
li: fecerunt sicut precepit illis iesus. Et adduxe-
runt asinam et pullum. et posuerunt super
eos uestimenta sua. et eum desuper sedere fecerunt.
plurima autem turba. stramenta sua in uia. Alii autem cedebant ramos de
arboribus. et sternebant in uia. Turbe autem
que precedebant. et que sequebantur. clamabant
dicentes. Osanna filio dauid benedictus qui
uenit in nomine domini. osanna in altissimis.
Et cum intrasset iesus solimam omnis
ciuitas commota est dicens. Quis est hic.
populi autem dicebant. Hic est iesus propheta a nazare
galilee. Et intrauit iesus in templum de-
iecitque omnes uendentes et ementes
de templo. et mensas nummulariorum. et cathe-
dras uendentium columbas euertit. Et dixit
eis. Scriptum est. domus mea domus orationis
uocabitur. uos autem fecistis eam spelunca
latronum. Et accesserunt ad eum cecci et claudi
in templo. et sanauit eos. Videntes autem
principes sacerdotum et scribe mirabilia que fe-
cit. puerosque clamantes in templo et dicentes. et
Osanna filio dauid. indignati sunt dicen-
tes ei. Audis quid isti dicunt. Ihesus autem
dixit eis. Utique. Numquam legistis quia ex
ore infantium et lactentium perfecisti laudem.
Et relictis illis. abiit foras extra ciuitatem
in bethaniam. ibique mansit. Mane autem
reuertens in ciuitatem esuriit. Et uidens fi-
cum unam secus uiam. uenit ad eam. et
nihil inuenit in ea. nisi folia tantum. et ait illi.
Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum.
Et aruerunt continuo ficus illa. Et uidentes
discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo
continuo aruit ficus. Respondens autem ihesus
ait eis. Amen dico uobis. Si habueritis
fidem et non hesitaueritis. non solum de ficu
hac facietis. sed et si monti huic dixeritis.
tollere. et iacta te in mare. fiet. Et omnia quecumque
petieritis in oratione credentes accipietis. Et
cum uenisset in templum accesserunt ad eum
docentem principes sacerdotum et seni-
ores populi dicentes. In qua potestate hec facis.
Et quis tibi dedit hanc potestatem. Et res-
pondens ihesus dixit eis. Interrogabo uos et ego
unum sermonem. quem si dixeritis mihi. et ego uos
dicam in qua potestate hec facio. Baptismus
iohannis unde erat. e celo an ex hominibus. At illi cogita-
bant inter se dicentes. Si dixerimus e celo. dicet
nobis. Quare ergo non credidistis illi. Si autem
dixerimus ex hominibus. timemus turbam.
Omnes enim habebant iohannem sicut prophetam.
Et respondentes ihesu dixerunt. Nescimus. Ait illis
ihesus. Nec ego dico uobis in qua potestate hec
facio. Quid autem uobis uidetur. Homo
quidam habebat duos filios. et accedens ad
primum dixit. Fili uade hodie operare in
uinea mea. Ille autem respondens ait. Nolo. Post
penitentia motus abiit. Et accedens ait ad
alterum dixit similiter. At ille respondens ait.
Eo domine. et non iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatem
patris dicunt ei. primus. Dicit illis
ihesus. Amen dico uobis quia publicani et meretrices
precedunt uos in regnum dei. Venit enim ad
uos iohannes in uia iustitie. et non credidistis ei. Pub-
licani autem et meretrices crediderunt ei. Vos autem
uidentes nec penitentiam habuistis postea
ut crederetis ei. Aliam audite parabolam
Homo erat paterfamilias qui plantauit
uineam. et sepem circumdedit ei. et fodit
in ea lacum. et aedificauit turrem. et locauit eam agricolis
et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum
appropinquasset. misit seruos suos ad
agricolas. ut acciperent fructus eius. Et agri-
cole apprehendentes seruos eius. alium cecderunt.
alium occiderunt. Alium uero lapidauerunt.
Iterum misit alios seruos plures priores. et fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad
eos filium suum dicens. Verebuntur filium
meum. Agricole autem uidentes filium dixerunt inter se. Hic est heres. Venite occidamus
eum. et habebimus hereditatem eius. Et apprehen-
dentes eum eiecerunt extra uineam et occiderunt.

Gray Scale
0 1 2 3 4

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Quid ergo cum uenerit dominus uinee: faciet
agricolis illis. Aiunt illi: malos male perdet: et
uineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant
ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihesus:
Numquam legistis in scripturis: Lapidem quem
reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput
anguli. A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo
dico uobis: quia auferetur a uobis regnum dei
et dabitur genti facienti fructum eius. Et qui
ceciderit super lapidem istum: confringetur.
super quem autem ceciderit: conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas
eius: cognouerunt quia de ipsis dicit. Et querentes eum
tenere timuerunt turbas. Quia sicut prophetam eum habebant. Et respondens ihesus iterum in parabolis
dixit eis. Simile est regnum celorum homini
regi: qui fecit nupcias filio suo. Et misit seruos
suos uocare inuitatos ad nupcias. Et nolebant
uenire. Iterum misit alios seruos dicens: Dicite
inuitatis: ecce prandium meum paraui. Tauri
mei et altilia occisa sunt: et omnia parata: uenite ad nupcias. Illi autem neglexerunt. Abierunt alius in
uillam suam. Alius uero ad negotiationem
suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius: et contumelijs affecerunt: et occiderunt. Rex autem audiens
iratus est: et mittens exercitum suum perdidit homicidas
illos: et ciuitatem illorum succendit. Tunc ait suis
seruis: Nupcie quidem paratae sunt: et qui inuitati
erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum
quotquot inueneritis uocate ad nupcias. Et
egressi serui eius in uias congregauerunt omnes
quos inuenerunt malos et bonos: et impletae sunt nupcie
discumbentium. Intrauit autem rex ut uideret
discumbentes: et uidit ibi hominem non uestitum
uestem nupcialem: et ait illi: Amice quomodo huc
intrasti non habens uestem nupcialem? Ille autem obmutuit. Tunc dixit ministris: Ligantes pedes
eius et manus: mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Multi
enim sunt uocati: pauci uero electi. Tunc abeuntes phisei consilium inierunt: ut caperent
eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum
herodianis dicentes: Magister scimus quia
uerax es: et uiam dei in ueritate doces: et non est tibi cura de
aliquo. Non enim respicis personam hominum: dic
ergo nobis quid tibi uidetur. Licet censum dare cesari
an non? Cognoscens autem ihesus nequitiam eorum: ait:
Quid me tentatis hypocrite? Ostendite mihi
numismata census. Et illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Cuius est ymago hec et superscriptio? Dicunt ei: cesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quae sunt cesaris cesari: et quae sunt dei deo.
Et audientes mirati sunt: et relicto eo abierunt. In illa die accesserunt ad eum saduccei
qui dicunt non esse resurrectionem: et interrogauerunt
eum dicentes: Magister moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium: ut ducat frater eius uxorem
illius: et suscitet semen fratri suo. Erant apud nos septem fratres: et primus uxore ducta defuit
sine filijs: et reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus: et tertius usque ad septimum. Novissime autem omnium
et mulier defuncta est. In resurrectione ergo
cum resurrexerit: cuius erit uxor de septem? Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem ihesus ait illis: Erratis nescientes scripturas: neque uirtutem dei. In resurrectione enim nec nubent: nec nubentur sed erunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo dicente uobis: Ego sum deus
abrahae: et deus ysaac: et deus iacob. Non est deus mortuorum sed uiuentium. Et audientes turbae mirabantur super doctrina eius. Phisei autem audientes quia silentium imposuisset saduceis conuenerunt in unum.
Et interrogauit eum unus de eis legis doctor temptans eum. Magister quid mandatum magnum est in lege? Ihesus autem ait illi: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophete. Congregatis autem phiseis interrogauit eos ihesus dicens: Quid uobis uidetur de christo? cuius filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu uocat eum dominum dicens: Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David uocat eum dominum: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere ei ullum uerbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.
Tunc ihesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos dicens: Super cathedram moysi sederunt scribe et phiseei. Omnia ergo quecumque dixerint uobis seruate et facite. Secundum uero opera eorum nolite facere. Dicunt enim et non faciunt. Alligant autem onera grauia et impportabilia: et imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia uero opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim philacteria sua: et magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cenis: et primas cathedras in synagogis: et salutationes in foro. Et uocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite uocari rabbi. Unus enim est magister uester. Omnes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram. Unus enim est pater uester qui in celis est. Neque uocemini magistri: quia magister uester unus est christus. Qui maior est inter uos erit minister uester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur: et qui se humiliauerit exaltabitur.
Ve autem uobis scribe et phiseei hypocrite quia clauditis regnum celorum ante homines. Vos autem non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. Ve uobis scribe et phiseei hypocrite quia

comedentes domus viduarum orantes longa oratione. hi hoc amplius accipietis iudicium. Ve uobis scribe et pharisei. quia circuitis mare et aridam ut faciatis proselytum unum. Et cum fuerit factus filius gehenne duplo. quam uos. Ve uobis duces cecos qui dicitis quicumque iurauerit per templum nihil est. Qui autem iurauerit in auro templi debet. Stulti et ceci quid est maius est aurum an templum quod sanctificat aurum. Et quicumque iurauerit in altare nihil est. Qui autem iurauerit in dono. quod est super illud debet esse et quod est maius est donum an altare quod sanctificat donum. Qui ergo iurauerit in altare iurauerit in eo. et omnibus quæ super illud sunt. Et qui iurauerit in templo. iurauerit in illo. et eo qui habitat in eo. Et qui iurauerit in celo. iurauerit in throno dei. et eo qui sedet super eum. Ve uobis scribe et pharisei hypocrite. quia decimatis mentam et anetum et cyminum. et relinquistis quæ grauiora sunt legis iudicium et misericordiam et fidem. Hæc oportuit facere et illa non omittere. duces cecos. colantes culicem camelum autem glutientes. Ve uobis scribe et pharisei hypocrite quia mundatis quod deforis est calicis et parapsidis. intus autem plenum estis rapina et immunditia. pharisee cece. munda prius quod intus est calicis et parapsidis. ut fiat et id quod deforis est mundum. Ve uobis scribe et pharisei hypocrite. qui similes estis sepulchris dealbatis. quæ a foris parent hominibus speciosa. intus uero sunt plena ossibus mortuorum et omni spurcitia. Sic et uos a foris quidem parentis hominibus iusti. intus autem pleni estis hypocrisis et iniquitate. Ve uobis scribe et pharisei hypocrite quia edificatis sepulchra prophetarum et ornatis monumenta iustorum. et dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. et testimonium estis uobismetipsis. quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes generatio uiperarum. quomodo fugietis a iudicio gehenne. Ideo. ecce ego mitto ad uos prophetas et sapientes et scribas. et ex illis occidetis et crucifigetis. et ex eis flagellabitis in synagogis uestris. et persequimini de ciuitate in ciuitatem. ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. A sanguine abel iusti. usque ad sanguinem zacharie filii barachie. quem occidistis inter templum et altare. Amen dico uobis. ueniet hæc omnia super generationem istam.

Ieruzalem ierusalem quæ occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt. Quotiens uolui congregare filios tuos. quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. et noluisti. Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis non me uidebitis. amodo donec dicatis. Bene dictus qui uenit in nomine domini. Et egressus ihesus de templo ibat. et accesserunt discipuli eius. ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis. Videtis hæc omnia. Amen dico uobis. Non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem super montem oliuet. Accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hæc erunt. et quod signum aduentus tui. et consummationis sæculi. Et respondens ihesus dixit eis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes. Ego sum xpc. et multos seducent. audietis enim bella et opiniones prœliorum. uidete ne turbemini. Oportet enim hæc fieri. sed nondum finis. Consurget enim gens in gentem. et regnum in regnum. et erunt pestilentiæ. et fames. et terremotus per loca. hæc autem omnia sunt dolores. Tunc tradent uos in tribulationem. et occident uos. Et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi. et inuicem tradent. et odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent. et seducent multos. Et habundabit iniquitas. refrigescet caritas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe. testimonium omnibus gentibus. Et tunc ueniet consummatio. Cum ergo uideritis abominationem desolationis quæ dicta est a daniele prophetam in loco sancto. Qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes. Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam. Ve autem prægnantibus. et nutientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna. qualis non fuit ab initio mundi usque nunc. neque non fiet. Et nisi breuiati fuerint dies illi non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis dixerit uobis. ecce hic xpc. aut ecce illic. nolite credere. Surgent enim pseudoxpi. et pseudoprophetæ. et dabunt signa magna et prodigia. ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis. ecce in deserto est. nolite exire. Ecce in penetralibus. nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente. et paret usque in occidentem. ita erit aduentus filii hominis. Ubicumque fuerit corpus congregabuntur aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum. sol obscurabitur. et luna non dabit lumen suum. et stellæ cadent de celo. et uirtutes celorum mouebuntur. et tunc parebit signum filii hominis in celo. Et tunc plangent omnes tribus terræ. et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus celi. cum uirtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna. et congregabunt electos eius a quatuor ueentis a summis celorum usque ad terminos

cor. ab altare fici autem discere parabolam. cum
iam ramus eius tener fuerit et folia nata, scitis
quia prope est aestas. Ita et vos cum videritis haec
omnia scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis quia non prae-
teribit generatio hanc donec haec omnia fiant. Caelum et
terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt.
De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli
caelorum nisi Pater solus. Sicut autem fuerunt dies Noe,
ita erit adventus filii hominis. Sicut enim in die-
bus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et
nubentibus tradentes, usque ad eum
diem quo intravit Noe in arcam, et non cognove-
runt donec venit diluvium et tulit omnes,
ita erit et adventus filii hominis. Tunc duo erunt
in agro, unus assumetur et unus relinquetur;
duae molentes in mola, una assumetur et una
relinquetur. Duo in lecto unus assumetur
et alter relinquetur. Vigilate ergo quia nescitis
qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem
scitote quia si scisset paterfamilias qua hora fur
veniret, vigilaret utique et non sineret
perfodi domum suam. Ideo et vos estote paratis quia
nescitis qua hora filius hominis veniet. Quis
putas est fidelis servus et prudens, quem constitu-
it dominus super familiam suam, ut det illis
cibum in tempore? Beatus ille servus quem cum
venerit dominus invenerit sic facientem. Amen
dico vobis quia super omnia bona sua constitu-
et eum. Si autem dixerit malus servus ille in
corde suo: Morabitur dominus meus venire, et
percutere conservos suos, manducet autem et
bibat cum ebriosis: veniet dominus servi illius
in die qua non sperat et hora qua ignorat, et dividet
eum: partemque eius ponet cum hypocritis: ibi
erit fletus et stridor dentium. Tunc simile
erit regnum caelorum decem virginibus, quae accipe-
rant lampades suas: exierunt obviam sponso
et sponsae. Quinque autem ex eis erant fatuae
et quinque prudentes. Sed quinque fatuae accep-
tis lampadibus non sumpserunt oleum secum.
Prudentes autem acceperunt oleum in vasis
suis cum lampadibus. Moramte autem sponso
dormitaverunt omnes et dormierunt.
Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus
venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illae et ornaverunt
lampades suas. Fatuae autem sapientibus
dixerunt: Date nobis de oleo vestro quia lampa-
des nostrae extinguuntur. Responderunt prudentes
dicentes: Ne forte non sufficiat nobis nobis-
que: ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum
autem eunt emere venit sponsus et quae paratae
erant intraverunt cum eo ad nuptias et clausa
est ianua. Novissime autem venerunt
et reliquae virgines dicentes: Domine domine aperi

nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis
nescio vos. Vigilate itaque quia nescitis diem
neque horam. Sicut homo peregre profiscens
vocavit servos suos et tradidit illis bona
sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem
duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam
virtutem, et profectus est statim. Abiit autem
qui quinque talenta acceperat et operatus est in
eis et lucratus est alia quinque. Similiter
et qui duo acceperat lucratus est alia duo. Ille
autem unum accepit abiens fodit in terram et
abscondit pecuniam domini sui. Post multum
vero temporis venit dominus servorum illorum et posuit
rationem cum eis. Et accedens qui quinque tale-
nta acceperat obtulit alia quinque talenta
dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce
alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius:
Euge serve bone et fidelis, quia super
pauca fuisti fidelis, super multa te constitu-
am, intra in gaudium domini tui. Accessit
autem et qui duo talenta acceperat et ait: Domine duo
talenta tradidisti mihi: ecce alia duo super-
lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serve
bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis,
super multa te constituam, intra in gaudium
domini tui. Accedens autem et qui unum
talentum acceperat ait: Domine scio quia homo
durus es, metens ubi non seminasti et congre-
gans ubi non sparsisti, et timens abii et con-
di talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est.
Respondens autem dominus eius dixit ei: Serve male et
piger, sciebas quia meto ubi non semino et con-
grego ubi non sparsi. Oportuit ergo committere te
pecuniam meam nummulariis, et veniens ego
cum usura utique quod meum est
recepissem. Tollite itaque ab eo talentum et date ei
qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur et
habundabit. Et a non habente et quod videtur
habere auferetur ab eo. Et inutilem servum
eicite in tenebras exteriores: illic erit fletus
et stridor dentium. Cum autem venerit filius
hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo
tunc sedebit super sedem maiestatis suae. Et con-
gregabuntur ante eum omnes gentes, et separa-
bit eos ab invicem sicut pastor segregat
oves ab hedis. Et statuet oves quidem a
dextris suis, hedos autem a sinistris. Tunc dicet qui
hinc a dextris eius erunt: Venite benedicti
patris mei, possidete paratum vobis regnum
a constitutione mundi. Esurivi enim et
dedistis mihi manducare. Sitivi et dedistis mihi
bibere. Hospes eram et collegistis me. Nu-
dus et operuistis me. Infirmus et visitastis
me. In carcere eram et venistis ad me. Et sic
respondebunt ei iusti dicentes: Domine quando

nus te esuientem et sitientem. Et cetera
dimus? et tetigimus. Quando autem te uidimus infirmum
et uenimus ad te. Et respondens rex dicet illis. Amen
dico uobis. Quamdiu fecistis uni de istis fratribus meis
minimis. mihi fecistis. Tunc dicet et his qui a
sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in
ignem eternum. qui paratus est diabolo et angelis
eius. Esuiui enim et non dedistis mihi manducare.
sitiui. non dedistis mihi potum. hospes eram et non
collegistis me. nudus. non operuistis me.
infirmus. et carcere. non uisitastis me. Tunc
respondebunt et ipsi dicentes. Domine quando te uidimus
esuientem aut sitientem aut hospitem aut
nudum aut infirmum uel carcerem. et non
ministrauimus tibi. Tunc respondebit illis dicens. Amen
dico uobis. quamdiu non fecistis uni de minoribus
istis nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium
eternum. iusti autem in uitam eternam. Et
factum est cum consummasset iesus sermones hos omnes
dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pasc
ha fiet. et filius hominis tradetur ut crucifigatur.
Tunc congregati sunt principes sacerdotum. et se
nores populi. in atrium principis sacerdotum qui dice
batur caiphas. et consilium fecerunt ut iesum dolo
tenerent et occiderent. dicebant autem. non in die
festo. ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem
esset iesus in bethania in domo simonis leprosi. Ac
cessit ad eum mulier habens alabastrum unguen
ti pretiosi. et effudit super caput ipsius recumbentis. Vide
ntes autem discipuli. indignati sunt dicentes. Ut
quid perditio hec. potest enim hoc uenundari multo.
et dari pauperibus. Sciens autem iesus. ait illis. Quid in
lestis estis huic mulieri. Opus enim operata est
in me. Nam semper pauperes habetis uobiscum
me autem non semper habetis. Mittens enim hec unguen
tum hoc in corpus meum. ad sepeliendum me fecit.
Amen dico uobis. ubicumque predicatum fuerit hoc euan
gelium in toto mundo dicetur. et quod hec fecit in me
moriam eius. Tunc abiit unus de duodecim
qui dicitur iudas scariothis. ad principes sacerdotum. et
ait illis. Quid uultis mihi dare. et ego eum uobis tra
dam. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et
ex inde querebat opportunitatem ut eum
traderet. Prima autem die azimorum. accesserunt
discipuli ad iesum dicentes. Vbi uis paremus tibi
comedere pascha. At ille dixit. Ite in ciuitatem ad
quidam et dicite ei. Magister dicit. tempus meum
iam prope est. apud te facio pascha cum discipulis meis. Et
fecerunt discipuli sicut constituerat illis iesus. et paraue
runt pascha. Vespere autem facto. discumbebat cum duo
decim discipulis suis. et edentibus illis dixit. Amen dico uo
bis quia unus ex uobis me tradet. Et contristati ualde cepe
runt singuli dicere. Numquid ego sum domine. At ipse respon

ans. Qui intingit mecum manum in paratide hic me
tradet. filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo. Ve
autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat
ei si natus non fuisset homo ille. Respondens autem iudas
qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum rabbi.
ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autem eis. accepit iesus
panem. benedixit fregit. deditque discipulis suis et
ait. Accipite comedite. hoc est corpus meum. Et
accipiens calicem gratias egit. dedit illis dicens.
Bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis meus no
ui testamenti. qui pro multis effundetur in remissio
nem peccatorum. dico autem uobis. non bibam amodo de hoc
genimine uitis usque in diem illum. cum illud bibam
uobiscum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto
exierunt in montem oliueti. Tunc dixit illis iesus.
Omnes uos scandalum patiemini in me in
hac nocte. Scriptum est enim. percutiam pastorem. et
dispergentur oues gregis. Postquam autem resur
rexero uos precedam in galilea. Respondens autem petrus. ait illi.
Et si omnes scandalizati fuerint in te. ego numquam
scandalizabor. Ait illi iesus. Amen dico tibi quia hac
nocte antequam gallus cantet ter me negabis. Ait
illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum non te
negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt. Tunc ue
nit iesus cum illis in uillam quae dicitur gethsemani. et
dixit discipulis suis. Sedete hic donec uadam illuc
et orem. Et assumpto petro et duobus filiis zebedei cepit
contristari et maestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima
mea usque ad mortem. sustinete hic. et uigilate
mecum. Et progressus paululum procidit in faciem suam
orans et dicens. Pater mi si possibile est. transeat a me
calix iste. Verumtamen non sicut ego uolo. sed sicut tu.
Et uenit ad discipulos suos. et inuenit eos dormientes.
et dicit petro. Sic non potuistis una hora uigilare
mecum. Vigilate et orate. ut non intretis in tempta
tionem. Spiritus quidem promptus est caro autem infirma. Iter
sed abiit et iterum dixit. Pater si non potest hic calix
transire nisi illum bibam. fiat uoluntas tua. Et uenit
iterum et inuenit eos dormientes. Erant enim oculi
eorum gravati. Et relictis illis. cum abisset. rursum ora
uit eundem sermonem dicens. Tunc uenit ad discipulos
suos. et dixit illis. Dormite iam et requiescite. Ecce appro
pinquauit hora et filius hominis tradetur in manus peccatorum
Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradit.
Adhuc ipso loquente. ecce iudas unus de duodecim uenit
et cum eo turba multa. cum gladiis et fustibus. missi a
principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem
tradidit eum. dedit illis signum dicens. Quem osculatus fuero
ipse est tenete eum. Et protinus accedens
ad iesum dixit. Ave rabbi. et osculatus est eum.
Dixitque illi iesus. Amice. ad quid uenisti. Tunc accedentes
manus iecerunt in iesum. et tenuerunt
eum. Et ecce unus ex his qui erant cum iesu extendens
manum exemit gladium suum. et percutiens
seruum principis sacerdotum amputauit auriculam eius.

Mar. xiiij.
Luc. xxiij.
Io. xx.
Luc. xxvij.
Io. xx.
Deut. lxx.
Mar. xiv.
Gen. xlv.
Mar. xiv.
Luc. xxvii.
Io. xxv.
Io. xl.
Luc. xxiij.
Luc. xxxij.
Io. xxv.
Mar. xiij.
Luc. xx.
Io. xiij.
Luc. xxiij.
Sp. exui. beth

Tunc ait illi iesus. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnis enim qui accepit gladium gladio peribit. An putas quia non possum rogare patrem meum. et exhibebit mihi modo plus quam xii legiones angelorum. Quomodo ergo implebuntur scripturae. quia sic oportet fieri. In illa hora dixit iesus turbis. Tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo. et non me tenuistis. Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripturae prophetarum. Tunc discipuli eius omnes relicto eo fugerunt. At illi tenentes iesum duxerunt ad caiphan pontificem sacerdotum. ubi scribae et seniores congregati sunt. Petrus autem sequebatur eum longe usque intra in atrium pontificis sacerdotum. et ingressus intro sedebat cum ministris ut videret finem. Principes autem sacerdotum et omne consilium quaerebant falsum testimonium de iesu. ut eum morti traderent. et non inuenerunt cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem uenerunt duo falsi testes et dixerunt. Hic dixit possum destruere templum dei et triduo reedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi. Nihil respondes ad ea quae testificantur aduersum te. Ipse autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum uiuum ut dicas nobis si tu es xpus filius dei. Dicit illi iesus. Tu dixisti. Uerumtamen dico uobis. Amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis. et uenientem in nubibus caeli. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua dicens. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus. Ecce nunc audistis blasphemiam. quid uobis uidetur. At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc exputauerunt in faciem eius. et colaphis eum ceciderunt. Alii autem palmas in faciem eius dederunt. dicentes. Prophetizа nobis xpe. Quis est qui te percussit puero sedebat foris in atrio. et accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu cum iesu galileo eras. At ille negauit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis. Exeunte autem illo in uestibulum. uidit eum alia ancilla. et ait his qui erant ibi. Et hic erat cum iesu nazareno. Et rursum negauit cum iuramento. Quia non nouisset hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant. et dixerunt petro. Vere tu es ex illis. nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc coepit deuotare. et iurare quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus uerbi iesu quod dixerat. Priusquam gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras flebat amare. Mane autem factum. Consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi aduersus iesum. ut eum morti tradent. Et uinctum adduxerunt eum et tradiderunt pontio pilato. praesidi. Tunc uidens iudas quia damnatus est. penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus dicens. Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos. tu uideris. Et proiectis argenteis in templo recessit. et abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum accepta argentea dixerunt. Non licet mittere eos in corbanan. quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito. emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc uocatus est ager ille. Acheldemach. hoc est ager sanguinis usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per heriemiam prophetam dicentem. Et acceperunt xxx argenteos pretium appensi. quem appenderunt a filiis israel. Et dederunt eos in agrum figuli sicut constituit mihi dominus. Ipse autem stetit in conspectu praesidis. et interrogauit eum praeses dicens. Tu es rex iudaeorum. Dicit ei iesus. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum. et seniorum nihil respondit. Tunc dicit pilatus illi. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia. Et non respondit ei ad ullum uerbum. ita ut mirarentur praeses uehementer. Per diem autem sollemnem consuetum erat praeses dimittere populo unum uinctum quem uolebant. Habebat autem tunc uinctum insignem qui dicebatur barabas. Congregatis ergo illis. dixit pilatus. Quem uultis dimittam uobis barabam. an iesum qui dicitur xpm. Sciebat enim quia per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali. misit ad eum uxor eius dicens. Nihil tibi et iusto illi. Multa enim passa sum hodie per somnum propter eum. Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis ut petirent barabam. iesum uero perderent. Respondens autem praeses ait illis. Quem uultis uobis de duobus dimitti. At illi dixerunt. Barabam. Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de iesu qui dicitur xpo. Omnes dicunt. Crucifigatur. At ille praeses. Quid enim mali fecit. At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns autem pilatus quia nihil proficeret. sed magis tumultus fieret. accepta aqua lauit manus coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Vos uidetis. Et respondens omnis populus dixit. Sanguis eius super nos et super filios nostros. Tunc dimisit illis barabam. iesum autem flagellauit et tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc milites praesidis suscipientes iesum in praetorio. congregauerunt ad eum omnem cohortem. et exuentes eum. clamidem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis. posuerunt super caput eius. et arundinem in dextera eius. et genu flexo ante eum illudebant dicentes. Aue rex iudaeorum. Et exputientes in eum. acceperunt arundinem. et percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei. exuerunt eum clamide. et induerunt eum uestimentis eius. et duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt

hominē ꝯ ipsum nōle symonē. hic angan
aūunt ut tolleret eum ihs. et ueniunt
i locum q dr golgotha q. ē calua ne locus. et
dederunt ei uinum bibere. cū felle mixtum.
et cū gustasset nolut bibere postqm autem
crucifixerunt eum diuiserunt uestimēta
ei sortem mittentes. ut impleretur q. dm
p ysaiam dicentē. diuiserunt sibi uestimē
ta mea. et super uestem meam miserunt sor
tē. et sedentes seruabant eum. et ipsi ponē
tes super capt eius cāsam ipsius scripsam hic est
ihs nazarenus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cū eo
duo latrones. unus a dextris. et unus a sinis
tris. pertransibant autem blasphemantes eū
mouentes capita sua. et dicentes. uah qui
destruis templū dei. et in triduo illud reedifi
cas. saluā semet ipm. si filius dei es descen
de de cruce. Similiter principes sacerdotū illu
dentes cum scribis. et senioribus dicebant. Alios
fecit saluos fiat. se ipm ñ pōt saluū fēre. si rex
israel ē. descendat nūc de cruce. et credimus
ei. confidit i deo. liberet eum nūc si uult. Dixit
enim q. filius dei sum. Idipsm aūt et latrones qui
crucifixi erant cū eo ꝓperabant ei. A sexta
hora tenebre fēte sunt super uniuersam terram
usq; ad horam nonam. et circa horam nonam
clamauit uoce magna dicens. heli. heli. la
ma sabaccthani. hoc ē. deus meus. deus meus. ut q.
deliquisti me. Quidam aūt de astantibus
audientes dicebant. helyam uocat iste. et
continuo currens unus ex eis accepta
spongia impleuit aceto. et impositum hasso
dmo dabat ei bibere. ceteri uero dicebant. si
ne. uideamus an ueniat helyas liberans eū. Iesus aūt iterū clamans uoce magna emi
sit spm. et ecce uelum templi scissum ē i
duas partes. a summo usq; deorsum. et terra mo
tta ē. et petre scisse sunt. et monumenta aperta sū
et multa corpora sanctorū q dormiebant surrexe
runt. et exeuntes de monumentis. post resur
rectionem eius. uenerunt i sanctam ciuitatem. et
apparuerunt multis. Centurio aūt et q cū eo
erant custodientes ihm. uisto terremotu et
his q fiebant timuerunt. uere dei filius erat iste. erant aūt ibi mulieres
multe a longe. q secute erant ihm a gali
lea ministrantes ei. inter q erat maria mag
dalene. et maria iacobi. et ioseph mr. et mater
filiorum zebedei. Cum esset aūt sero. uenit
quidam diues ab arimathia nomine ioseph.
q. et ipse discipulus erat ihu. hic accessit ad pila
tum. et petiit corpus ihu. Tunc pilatus iussit
reddi corpus. et accepto corpore ioseph. inuol
uit illud i sindone munda. et posuit illud i
monumento suo nouo. q. exciderat in petra.

et aduoluit saxum magnum ad hostium
monumenti. et abiit. erat aūt ibi maria mag
dalene. et maria sedentes cōtra sepulchrum.
Alia aūt die q. ē post parasceuen cōuenerunt
principes sacerdotum et pharisei ad pilatum di
centes. Domine recordati sumus q seductor ille dixit
adhuc uiuens. post tres dies resurgam. iube
ergo custodiri sepulchrum usq; in diem tertium. ne forte ueniant discipuli
eius. et furentur eum. et dicant plebi. surrexit a mor
tuis. et erit nouissimus error peior priore. dixit
illis pilatus. habetis custodiam. custodite sicut scitis
illi aūt abeuntes. muniebant sepulchrum. signa
tes lapidem cum custodibus. Vesperaūt sabbati.
q lucescebat prima sabbati. uenit maria mag
dalene. et alia maria uidere sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus aūt domini descendit
de celo. et accedens reuolut lapidem. et sedebat
super eum. erat aūt aspectus eius sicut fulgur. et uestimenta eius sicut nix. Prae timore aūt eius exterriti sunt
custodes. et facti sunt uelut mortui. respondens aūt
angelus dixit mulieribus. Nolite timere. Scio enim
q. ihm q. crucifixus ē quaritis. non est hic.
surrexit enim sicut dixit. Venite et uidete locum
ubi positus erat dns. Et cito euntes dicite
discipulis eius. q. surrexit. et ecce precedit uos
i galilea. ibi eum uidebitis. ecce praedixi uobis.
Et exeuntes cito de monumento. cum timore et gau
dio magno. currebant nuntiare discipulis eius. Et ecce
ecce occurrit illis dicens. Auete. ille aūt accesserunt. et tenuerunt pedes eius. et adorauerunt eum. Tunc
ihs ait eis. dicite. Nolite timere. Ite nuntiate fra
tribus meis. ut eant i galileam. ibi me uidebunt.
Hic cum abirent. ecce quidam de custodibus
ueniunt i ciuitatem. et nuntiauerunt principibus
sacerdotum omia q fta fuerant. Et congregati cum
seniorib; et consilio accepto. pecunia copiosam de
derunt militib; dicentes. Dicite q discipuli
eius uenerunt nocte. et furati sunt eum nobis do
mientib;. Et si hoc audierit fuerit a ꝓsidente nos
suadebimus eum. et securos uos faciemus. Illi
aūt accepta pecunia. fecerunt sicut erant do
cti. Et diuulgatum ē iudeis istud apud iudeos usq;
i hodiernum diem. Undecim aūt discipuli abi
erunt i galilea i montem. ubi constituerat illis
ihs. Et uidentes eum adorauerunt. Quidam
aūt dubitauerunt. Et accedens ihs locutus est
eis dicens. Data ē mihi oīs potestas in celo.
et in terra. Euntes docete oīes gentes. baptizantes
eos i nomine patris et filii et spiritus sancti. Docentes eos
uarare omnia q. cumque mandauerit uobis. Et
ecce ego uobiscum sum oībus diebus usq; ad cōsumationem seculi.

Gray Scale
0 1 2 3 4

Hoc g hoc testimoniū est mat. utrūq; ēn die
ēpiph. q. ⁊ sin on uerbi sensusm mutuatur. ma
nifestus in hoc usu. vox. dnēte. ut q ēn fuit
mutatē ē uox clamantis. Bed.

Omnis euāngelista de dectus ⁊ pēt m
tissime filius. atq; ī dnico sermo
ne discipulus. sacerdotū ministē
agrens. sēd cum ēt cum ad fidem
xpi conuisus: euāgeliū ī ēcclia scripsit. ostendens
ī eo qd ⁊ regni suo deberet. ⁊ xpo. sam mutū pri
ap ī uōce. ꝓphetie exclamationis instrument.
ordinē tenuit electionis ostendē. ut pdicans pe
dstinatū iohānē filiū zacharie. ī uoce angeli ī
nūciantis emissum: si totū ubi cāmē fēm. ⁊ ⁊
corp dominī ī ordā ꝓ ubum dum meuonis. sūma
tum ī mino eū gelice pdicādis ostendēt. ut q
si legens. sanctē eu mentum cānis ī dno. ⁊ ofu
ēdum ēntis lūmaculū caro debet agnoscēt. atq
ī se ubum uocalq; ī confōdantis pdicēt mus
mutē. Denq; eū pēs eūgliū opus mutasse: alius
dsū pdicare dīn sapiens. nō laborauit nam
tacē cānis q. ī prioribus uidētur dicē. sē tocius
xpi mentis expositionē ēpdēt. ī omnibus nūm. rep
tationē diabōli. a aggregationē bestiar. ⁊ omnis
ēnum prudēt angelor. ut instruēnt nos. ad ī
telligēndū. singula ī locum compingens. ne au
tē contrariē rei detrahēt. ⁊ pscendi opis plen
tudinē si negarēt. Denq; amputasse sibi post
fidē pollicē dicēt. ut sacerdotio xpo ꝓbēt. sed
nūc conscēnent sēdēt pdestinati punitē electio.
ut nec sic ī ope ubi pdēt. q. pū mentiar in gue
stam ⁊ alexandrie esse fuit. cū ꝓ singla opus
fuit sacē. ⁊ eūgliū ī se dēi dispōnēt. ⁊ dispōnū
ī sectopi agnoscē. ⁊ dnūam ī carne dominī ī
telligē naturam. q ⁊ nobis pnūtē xpo ꝓuēt.
Ie hinc ing sēt uolum agnosce. hinc mēdu
cōtrariis. qm q planētē. q rigat unum sūt.
cum aū mentēnum pretēt dominus est.

Sicut in sē eūgelio ubi xpi filii dei sic corpō
ē in sua ꝓpia. Cēt ēgo mitto angelū meū
In die illa exiens Iesus de domo sedebat secus mare. Et congregatae sunt ad eum turbae multae ita ut in nauem ascendens sederet in mari, et omnis turba erat super litus. Et locutus est eis multa in parabolis dicens: Ecce exiuit qui seminat seminare. Et dum seminat quidam cecidit secus uiam et conculcatum est et uolucres caeli comederunt illud. Aliud cecidit super petram et natum exaruit quia non habebat humorem. Aliud cecidit inter spinas et simul exortae spinae suffocauerunt illud. Aliud autem cecidit super terram bonam et natum fructum centesimum. Haec dicens clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loquitur eis? Respondens ait: Quia uobis datum est nosse mysteria regni caelorum illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei et abundabit. Qui autem non habet etiam quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis quia uidentes non uident et audientes non audiunt neque intellegunt. Et adimplebitur in eis prophetia Esaiae dicentis: Auditu audietis et non intellegetis et uidentes uidebitis et non uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos suos clauserunt ne quando uideant oculis et audiant auribus et corde intellegant et conuertantur et sanabo eos. Uos autem beati oculi quia uident et aures uestrae quia audiunt. Amen dico uobis quia multi prophetae et iusti desiderauerunt uidere quae uidetis et non uiderunt et audire quae audistis et non audierunt. Uos ergo audite parabolam seminantis. Omne quod audit uerbum regni et non intellegit uenit malus et rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est qui seminatus est secus uiam. Et qui seminatus est super petrosa hic est qui uerbum audit et mox cum gaudio accipit illud. Non habet autem radicem in se sed est temporalis. Fit autem ortu uerbi aut tribulationis aut persecutionis propter uerbum mox scandalizatur. Et qui seminatus est in spinis hic est qui audit uerbum et sollicitudo saeculi huius et fallacia diuitiarum suffocat uerbum et sine fructu efficitur. Et qui seminatus est super terram bonam hic est qui audit uerbum et intellegit et fructum adferit et facit alius centesimum alius sexagesimum alius tricesimum. Aliam parabolam proposuit eis dicens: Simile factum est regnum caelorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines inimicus eius inimicus homo superseminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autem crescere coepisset herba et fructum fecisset tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem serui patris familias dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Ait illi seruus: Uis ergo imus et colligimus ea? Et ait: Non, ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis triticum. Sinite utrumque crescere usque ad messem. Et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis: Simile est regnum caelorum grano sinapis quod accepit homo et seminauit in agro suo. Quod minimum quidem est omnium seminum cum autem crescit maius est omnibus oleribus et fit arbor ita ut uolucres caeli habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum caelorum fermento quod accepit mulier et abscondit in farinae satis donec fermentatum est totum. Haec omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas et sine parabolis non loquebatur eis. Ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum eructabo abscondita a constitutione mundi. Tunc dimittens turbas ueniens in domum. Et accesserunt discipuli eius dicentes: Declara nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait: Qui seminat bonum semen est Filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum autem semen hi sunt filii regni. Zizania autem sunt filii nequam. Inimicus autem qui seminauit ea est diabolus. Messis autem consummatio saeculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligitur zizania et igni comburuntur sic erit in consummatione saeculi. Mittet Filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iustorum fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiat. Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo abscondit et prae gaudio illius uadit et uendit omnia quae habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita abiit et uendidit omnia quae habebat et emit eam. Iterum simile est regnum caelorum sagenae missae in mare et ex omni genere congreganti. Quam cum impleuerunt educentes et sedentes euaserunt bona in uasa mala autem foras miserunt. Sic erit in consummatione saeculi. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellegistis haec omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scribae doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nouum et uetus. Et factum est cum consummasset Iesus parabolas has transiit inde. Et cum uenisset in patriam suam docebat eos in synagoga eorum ita ut mirarentur et dicerent: Unde huic sapientia haec et uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria et fratres eius Iacobus et Ioseph et Simon et Iudas? Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic haec omnia? Et scandalizabantur in eo. Iesus autem ait illis: Non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. Et non fecit ibi multas uirtutes propter incredulitatem eorum.

In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu et ait pueris suis: Hic est Iohannes Baptista ipse est a mortuis surrexit et propterea uirtutes operantur in eo. Nam Herodes tenuerat Iohannem et uinctum in carcere dimiserat propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dixerat enim Iohannes ei: Non licet tibi habere eam. Et cum esset illi in animo occidere timuit populum quia sicut prophetam habebant eum. Natalicia autem Herodis cum essent facta saltauit filia Herodiadis in medio et placuit Herodi. Unde cum iuramento promisit ei dare quod petisset. Illa autem cum esset instructa a matre sua ait: Da mihi hic in disco caput Iohannis Baptistae. Et rex contristatus est propter iusiurandum et propter conuiuantes iussit dari et misit et decollauit Iohannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco et datum puellae et ferebat matri suae. Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus et sepelierunt illud. Et ueniens nuntiauerunt Iesu. Audiens autem Iesus secessit inde in naui in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbae secutae sunt eum pedibus de ciuitatibus. Et exiens uidit turbam multam et misericordia motus super eis et curauit infirmos eorum. Et cum esset uespera accesserunt ei discipuli eius dicentes: Ecce hic in deserto sumus et hora iam praeterit. Da ergo turbis ut euntes in castella quae circumiacent emant sibi cibos. Et ait illis: Non habent necessitatem ire dabitis eis manducare. Et ait illis: Quantos habetis panes? Ite et uidete. Et cognoscentes ait: Quinque et duos pisces. Et iussit eos recumbere super fenum. Et cum esset hora iam praeterit. Et accedentes discipuli eius dicentes: Ecce hic in deserto sumus et hora iam praeterit

quis per salutem fieri. Et timuerunt illos ualde.
Apud homines impossibile est. sed non apud deum.
Et cum possibilia sint apud deum. Et cepit petrus dicere.
Ecce nos dimiserunt omnia. et secuti sumus te.
Respondens ihesus ait. Amen dico uobis: nemo est qui
reliquerit domum. aut fratres. aut sorores. aut
matrem. aut patrem. aut filios. aut agros. propter
me. et propter euangelium. qui non accipiet centies
tantum nunc in tempore hoc. domos. et fratres. et sorores.
et matres. et filios. et agros. cum persecutionibus.
et in seculo futuro uitam eternam. Multi autem erunt
primi nouissimi. et nouissimi primi. Et erat
autem in uia ascendentes hierosolimam. et precedebat
illos ihesus. et stupebant. et sequentes timebant. Et as
sumens iterum xii. cepit ihesus dicere quecumque eum uenturum
erant. Quia ecce ascendimus hierosolimam. et filius
hominis tradetur principibus sacerdotum. et scribis. et se
nioribus. et condemnabunt eum morte. et tradent eum gentibus. et illudent ei. et
flagellabunt eum. et mortificabunt eum. et tertia die
resurget. Et accedunt ad illum iacobus. et iohannes
filii zebedei dicentes. Magister uolumus ut quecumque
petimus facias nobis. At ille dixit eis. Quid
uultis ut faciam uobis. Et dixerunt. Da nobis
ut unus in dextera tua. et unus ad sinistram
tua sedeamus in gloria tua. Ihesus autem ait illis. Nesci
tis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego
bibo. Aut baptismo quo ego baptizo. baptizari
Ait illi dixerunt ei. possumus. Ihesus autem ait
illis. Calicem quidem quem ego bibo bibetis. et baptismo
quo ego baptizo baptizabimini. Sedere autem
ad dexteram meam. et ad sinistram non est meum
dare uobis. sed quibus paratum est. Et audientes decem
indignati sunt de iacobo et iohanne. Ihesus autem uocans eos
ait illis. Scitis quia qui uidentur principari gen
tibus dominantur eis. et principes eorum potestatem ha
bent in eos. Non autem sic erit in uobis. Sed quicumque
uolunt fieri maior erit uester minister. Et quicumque
uolunt in uobis primus esse. erit omnium seruus. Nam
et filius hominis non uenit ut ministraretur ei. sed ut
ministraret. et daret animam suam redemptionem pro multis.
Et uenerunt iericho. et proficiscente eo de
iericho. et discipulis eius. et plurima multitu
dine. filius timei bartimeus cecus sedebat
iuxta uiam mendicans. Qui cum audisset quia
ihesus nazarenus est. cepit clamare et dicere. fili dauid
ihesu miserere mei. Et comminabantur ei multi ut
taceret. At ille multo magis clamabat. fili dauid
miserere mei. Et stantes ihesus precepit illum uocari.
Et uocant eum cecum dicentes ei. Bonum habe
re. Surge uocat
te. Qui proiecto uestimento
exiens uenit ad eum. Et respondens ihesus dixit illi.
Quid tibi uis faciam. Cecus autem dixit ei. Rabboni
ut uideam. Ihesus autem ait illi. Uade. fides tua te
saluum fecit. Et continuo uidit. et sequebatur
eum in uia. Et cum appropinquarent iherosoli
me. et bethania. ad montem oliuarum. mittit
duos ex discipulis suis. et ait illis. Ite in ca
stellum quod est contra uos. et statim
ut introieritis illuc. inuenietis pullum alligatum
cui nemo adhuc
hominum sedit. Soluite illum. et adducite. Et si quis
uobis dixerit quid faciatis. dicite quia domino necessarius
est. et continuo illum dimittet huc. Et abierunt
et inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris
in biuio. Et soluunt eum. Et quidam de illic
stantibus dicebant illis. Quid facitis solentes
pullum. Qui dixerunt illis sicut precepit illis ihesus. et dimiserunt eos. Et adduxerunt pullum ad ihesum
et imposuerunt illi uestimenta sua. et sedit super eum.
multi autem uestimenta sua strauerunt in uia. Alii
autem frondes cedebant de arboribus. et sternebant in
uia. et qui precedebant. et qui sequebantur clamabant di
centes. Osanna benedictus qui uenit in nomine domini.
Benedicta uenit regnum patris nostri dauid. osanna in
excelsis. Et introiuit ihesus hierosolimam in templum.
Et circumspecto omnibus cum iam uespera esset
hora exiit in bethaniam cum xii. Et alia die
exeuntes a bethania esurierunt. Cumque uidisset fici alogre
bifiram folia habentem sicut fore inuenire ea. Et
cum uenisset ad eam. nihil inuenit preter folia.
Non enim erat tempus ficorum. Et respondens dixit ei iam in
amplius in eternum ex te fructus ex tem amodo manducet.
Et audiebant discipuli eius. et uenerunt hierosolimam. Et cum introisset in templum cepit eiicere
uendentes et ementes in templo. et mensas nummu
larum. et cathedras uendentium columbas eiecit
et non sinebat ut quisquam transferret uas per
templum. Et docebat eos dicens. Nonne scriptum
est quia domus mea domus orationis uocabitur omnibus
gentibus. Vos autem fecistis illam spelunca latronum.
Quod audiens princeps sacerdotum et scribe querebant
quomodo eum perderent. timebant enim eum. quia uniuersa
turba admirabatur super doctrina eius. Et cum uespera
factum esset egredebantur de ciuitate. Et cum mane transi
rent. uiderunt ficum aridam factam a radicibus. Et recordatus
petrus dixit ei. Rabbi ecce ficus cui maledixisti
arruit. Et respondens ihesus ait illis. Habete fidem dei. Amen
dico uobis. quicumque dixerit huic monti tollere
et mittere in mare. et non hesitauerit in corde suo. sed credide
rit quia quanquam dixerit fiat. fiet ei. propterea dico uobis
omnia quecumque petentes. credite quia accipietis ea
cum feceritis uobis. Et cum stabitis ad orandum dimittite
si quid habetis aduersus aliquem. ut et pater uester qui est in celis dimittat
uobis peccata uestra. Si autem non dimiseritis
nec pater uester qui est in celis dimittet uobis peccata uestra. Et
uenerunt iterum iherosolimam. Et cum ambularet
in templo. accedunt ad eum summi sacerdotes et scribe
et seniores. et dicunt illi. In quo potestate hec facis. et
quis dedit tibi hanc potestatem ut hec facias. Ihesus autem respon
dens ait illis. Interrogabo uos et ego unum uerbum. et dete m

Matt. xxx. Luc. xxvi. Io. xxxii.

Matt. xxi.

Matt. xxi. Luc. xxiii. Io. xii.

Matt. xxi. Luc. xxi.

Matt. xxi. Luc. xxi.

Matt. xxi. Luc. xxi

Dominica xxi

Matt. xxxii.
Luc. xxx.

quod dum cedentes alios uero

Matt. xxxi.
Luc. xxxi.

Matt. xxxii.
Luc. xxxii.

Matt. xxxiii.

Matt. xxxiv.
Luc. xxxiii.

interrogauit eum

Matt. xxxv.

Luc. xln.

Matt. xxxvi.
Luc. xxxvi.

Dominica ii post nativitatem

Matt. xxxvii.
Luc. xxxvii.
Io. xli

Matt. xxxviii.
Luc. xxxviii.
Io. xl.
Matt. xxxix.

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

omnis hominis propter nomen meum. Qui autem
erit in finem hic saluus erit. Cum autem videris abo
minationem desolationis stantem ubi non debet qui legit
intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes.
qui super tectum non descendat in domum. nec intro
eat vt tollat quid de domo sua. Et qui in agro erit
non redeat retro vt tollat vestimentum suum. Ve autem
pregnantibus et nutientibus in illis diebus. Orate autem
vt non fiat hiems in fugam. Erunt enim dies illi tribula
tiones tales qualis non fuerunt ab initio creature quam
condidit deus usque nunc. neque fient. Et nisi breuiasset
dominus dies illos non fuisset salua omnis caro. sed pro
electos quos elegit breuiauit dies. Et si quis
uobis dixerit. Ecce hic est xpc. ecce illic. ne credi
deritis. Exurgent enim pseudo xpi et pseudo prophe
tae dabunt signa et prodigia ad seducendos si fieri
potest etiam electos. Ecce predixi uobis. Igitur si
dixerint uobis. ecce in deserto est. nolite exire. ecce in
penetralibus. nolite credere. Sicut enim fulgur exit
de oriente et apparet usque in occidentem. ita erit
aduentus filii hominis. Ubicumque fuerit corpus illic
congregabuntur aquile. Statim autem post tribulationem
dierum illorum sol obscurabitur. et luna non dabit lumen suum.
et stelle cadent de celo. et virtutes celorum mouebuntur.
Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum multa
potestate et gloria magna. Et tunc mittet angelos suos et congregabit electos
suos a quatuor ventis a summo terre usque ad
summum celi. A ficu autem discite parabolam. cum
iam ramus eius tenerus fuerit et folia
germinauerit. scitis quia prope est aestas.
Sic et vos cum videritis hec fieri. scitote quia prope est in ostio.
Amen dico uobis quia non transibit generatio hec donec omnia fiant.
Celum et terra transibunt. Verba autem mea non transibunt.
De die autem illa vel hora
nemo scit. neque angeli in celo. neque filius nisi pater solus.
Videte. vigilate et orate. nescitis enim quando tempus sit.
Sicut homo qui profectus est relinquens domum
suam. dedit seruis suis potestatem cuiuslibet operis
et ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo. nescitis enim
quando dominus domus veniat. Sero an media
nocte. an galli cantu. an mane. ne cum venerit
repente. inueniat vos dormientes. Quod autem
uobis dico. omnibus dico. vigilate. Erat autem
pascha et azima post biduum. et quaerebant summi
sacerdotes et scribe vt eum dolo tenerent et occiderent.
dicebant enim. non in die festo. ne forte tumultus
fieret in plebe. Et cum esset bethanie in domo simo
nis leprosi et recumberet. venit mulier habens
alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi.
et fracto alabastro effudit super caput eius. Erant
autem quidam indignantes intra semetipsos et di
centes. Vtquid perditio ista unguenti facta est? po
test enim unguentum istud venundari plusquam
denariis trecentis. et dari egenis. Et fremebant in ea.
Sinite eam. Quid illi molesti
estis. Bonum opus operata est in me. Semper enim
pauperes habetis uobiscum. et cum uolueritis potestis
illis benefacere. Me autem non semper habetis. Quod
habuit hoc fecit. prouenit ungere corpus meum in sepultu
ram. Amen dico uobis. ubicumque fuerit predicatum euan
gelium istud in universo mundo. quod fecit hoc memo
rabitur in memoriam eius. Et iudas scariothes unus
de xii. abiit ad summos sacerdotes vt proderet eum
illis. Qui audientes gauisi sunt. et pecunias se dederunt.
Et quomodo eum
opportune traderet. Primo die azimorum quando pas
cha immolabant dicunt discipuli. Quo vis eamus
paremus tibi vt manducemus pascha. Et mittit
duos de discipulis suis. dicit eis. Ite in ciuitatem
occurret uobis homo lagenam aquam bajulans. sequi
mini eum. Et quacumque introierit dicite domino
domus. quia magister dicit. Vbi est refectio mea vbi
pascha cum discipulis meis manducem. Et ipse
demonstrabit uobis cenaculum grande stratum
et illic parate nobis. Et abierunt discipuli
eius. venerunt in ciuitatem. inuenerunt
sicut dixerat illis. et parauerunt pascha. Vesperi autem
uenit cum xii. discumbebat cum illis. et cum
manducarent. ait illis. Amen dico uobis quia unus
ex uobis me tradet. qui manducat mecum. Et illi
coeperunt contristari. et dicere singillatim. Numquid
ego. Qui autem ait illis. unus ex xii. qui intingit
mecum in mappam in catino. Et filius quidem hominis
vadit sicut scriptum est de eo. Ve autem homini illi per quem
filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset
homo ille. Et manducantibus illis accepit
panem. et benedicens fregit. dedit eis. et
sumpserunt. Et ait. Sumite hoc est corpus meum. Et accepto calice
gratias agens dedit eis. et ait illis. Hic est sanguis meus nouiter
fundendus. Amen dico uobis. quia iam non bibam de gen
mine vitis usque in diem illum cum illud bibam
nouum in regno dei. Et hymno dicto exierunt in mon
tem oliuarum. et ait illis. Omnes scandalizabimini
in me in nocte ista. quia scriptum est. percutiam
pastorem et dispergentur oues. Sed postquam resur
rexero precedam uos in galileam. Petrus autem
ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint. sed non ego.
Et ait illi. Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac
priusquam gallus bis vocem dederit. ter me es
negaturus. Et ille amplius loquebatur. Et
si oportuerit me simul commori tecum non te ne
gabo. Similiter autem et omnes dixerunt. Et venerunt
in predium cui nomen est gethsemani. et ait discipu
lis suis. Sedete hic donec orem. Et assumpsit
petrum et iacobum et iohannem secum. et cepit pa
uere et taedere. Et ait illis. Tristis est anima mea usque
ad mortem. Sustinete hic et vigilate. Et
cum processisset paululum. cadebat super terram.
et orabat. vt si fieri posset transiret ab eo
hora. Et dixit. Abba pater. omnia possibilia sunt
tibi. Transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego
volo. sed quod tu. Et venit et inuenit eos dormientes.

Apoc. xxxvi
Deut. xxix.
Luc. xxxvi
Luc. xxxvi
Luc. xxxvi

Et ait petro. Simon dyonisii. Sic non potuisti u
na hora vigilare: vigilate et orate ut non
intretis in temptationem. Spe quidem ipse prop
tulerat. paratus firma. Et tam abiens orau
cinio. Et rediit denuo. Et invenit eos dormientes
Et tamen eum oculi eorum gravati a somno. ig
norabant quid responderent ei. Et venit tertio
et ait illis. dormite iam et requiescite. Sufficit.
venit hora. Ecce traditur filius hominis in manus
peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui tradet me
prope est. Et adhuc eo loquente venit turba
Et ecce unus ex duodecim. et cum illo turba
multa cum gladiis et lignis a summis sacer
dotibus et scribis et senioribus. Dederat autem
eis signum eius dicens. Quem osculatus fuero
ipse est. tenete eum. et ducite
cautes. Et cum venisset statim accessit ad
eum ait. Rabbi. Et osculatus est eum. At illi
manus iecerunt in eum et tenuerunt eum.
Vnus autem de erant stantibus educens gladium
percussit servum summi sacerdotis. et amputavit
illi auriculam. Et respondens ihesus ait illis. Tan
quam ad latronem existis cum gladiis et lignis
comprehendere me. Cotidie apud vos eram docens
in templo. et non me tenuistis. Sed ut adimplentur scripture
Tunc relinquentes eum omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum
amictus sindone super nudo. et tenuerunt eum.
At ille relicta sindone nudus profugit ab eis.
Et adduxerunt ihesum ad summum sacerdotem. et
venerunt ad eum sacerdotes et scribe et seniores. Petrus autem
a longe eum secutus est usque intro in atrium summi
sacerdotis. et sedebat cum ministris. et tale
faciebat se ad ignem. Summi vero sacerdotes et
omne concilium querebant adversus ihesum testimo
nium ut eum morti traderent. nec invenebant
multi enim testimonium falsum dicebant adver
sus eum. Et convenientia testimonia non erant.
Et quidam surgentes falso testimonium ferebant
adversus eum dicentes. Quia nos audivimus
eum dicentem. Ego dissolvam templum hoc ma
nufactum. et per triduum aliud non manufactum edificabo.
Et nec sic
inventa sunt testimonia eorum. Et surgens summus sacerdos in medium
interrogavit ihesum dicens. Non respondes quid hi
ad te dicunt adversum te. Ille autem tacebat
et nil respondit. Summus rursum sacerdos interrogabat
eum dicens. Tu es ipse filius dei benedicti. Ihesus autem
ait illi dicens. Ego sum. Et videbitis filium hominis
a dextris sedentem virtutis dei et venientem cum
nubibus celi. Summus autem sacerdos scindens
vestimenta sua ait. Quid adhuc desideramus
testes. Audistis blasphemiam. Quid nobis videtur.
Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.
Et ceperunt quidam conspuere eum velare faciem
eius. et colaphis eum cedere. et dicere prophetiza. Et mi
nistri alapis eum cedebant. Et cum esset petrus
in atrio deorsum venit una ex ancillis summi sacer
dotis. Et cum vidisset petrum calefacientem se aspi
ciens illum ait. Et tu cum ihesu nazareno eras.
At ille negavit dicens. Neque scio: neque novi quid
dicis. Et exivit foras ante atrium. et gallus cantavit.
Rursus cum vidisset illum ancilla cepit dicere
circumstantibus. Quia hic ex illis est. At ille rursum
negavit. Et post paululum rursus qui astabant
dicebant petro. Vere ex illis es. nam et galileus
es. Ille autem cepit anathematizare et iurare. Quia nescio
hominem istum quem dicitis. Et statim iterum gallus
cantavit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat
ei ihesus priusquam gallus cantet bis ter me negabis.
Et cepit flere.

Et confestim mane consilium
facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis et
universo consilio vinctum ihesum duxerunt et tradi
derunt pilato. Et interrogavit eum pilatus. Tu es rex
iudeorum. At ille respondens ait illi. ait dicis. Et accusabat
eum summi sacerdotes in multis. pilatus autem rursum interro
gavit eum dicens. Non respondes quicquid videt in quantis te ac
cusant. Hec autem amplius nichil respondit. ita ut mira
retur pilatus. Per diem autem festum dimittebat solebat
illis unum ex vinctis quemcumque petissent. Erat autem
qui dicebatur barabas qui cum seditiosis erat vinctus qui in
seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba
cepit rogare sicut semper faciebat illis. pilatus autem
respondit eis dicens. Vultis dimittam vobis regem
iudeorum: Sciebat enim quia per invidiam tradidissent eum
summi sacerdotes. Pontifices autem concitaverunt ut
magis barabam dimitteret eis. pilatus autem
rursum respondens ait illis. Quid ergo vultis faciam
regi iudeorum. At illi rursum clamaverunt. crucifige eum. Pilatus autem dicebat eis. quid enim malum fecit
pilatus volens populo satisfacere dimittit illis
barabam. et tradidit ihesum flagellis cesum ut eum
crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium
pretorii. et vocaverunt totam cohortem. et induerunt eum
purpura et imposuerunt ei plectentes spineam coronam.
Et ceperunt salutare eum. Ave rex iudeorum. Et pa
ciebant cap eius arundine et conspuebant eum.
et ponentes genua adorabant eum. Et postquam illuserunt
ei: exuerunt illum purpura et induerunt illum vestimen
tis suis. et educunt illum ut eum crucifigant. Et
angariaverunt pretereuntem simonem cyrenensem venientem de villa. patrem alexandri
et rufi. ut tolleret crucem eius. Et perducunt illum
golgotha locum. qui est interpretatum calvarie locus.
et dabant ei bibere mirratum vinum. Et accepit. Et
cum crucifixerunt eum dividebant vestimenta ei. mittentes
sortem super eis. ut quis quid tollat. Erat autem
hora tertia. et crucifixerunt eum. et erat titulus cause
eius inscriptus. rex iudeorum. Et cum eo crucifixerunt
duos latrones. unum a dextris. et unum a sinistris
eius. Et adimplete est scriptura quae dicit. Et cum iniquis
reputatus est. Et preteriens blasphemabant

Luc. xxiii.
Matt. xxvii.

solebat illi

Ar illi magis clamabant crucifige eum.

10

13

14

16

Gray Scale

cum moueret aqua sua. et dicentes. Vaeh qui de
ipsa tempulo di. et in tribus diebus reedificas. Saluum facere
metipsum descendens de cruce. Sic et summi sacerdotes
illudentes. ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios
ostendit fecit. se ipsum non potest saluum facere. Ipse rex
israel descendat nunc de cruce. ut uideamus et credamus.
et qui cum eo crucifixi erant conuituperabant eum. Facta autem
hora. vi. tenebre fuerunt super omnem terram usque in
horam nonam. Et hora nona exclamauit dicens uoce
magna dicens. heloi. heloi. lamazabatani. quod est ut
quid me dereliquisti. Deus meus. deus meus. ut quid dereliquisti me.
Et quidam de circumstantibus audientes dicebant. Ecce
helyam uocat. Cuiusdam autem uiuentis et impletis spon
giam aceto. et imponentes calamo potum dabat
ei dicens. Sinite uideamus si ueniat helias ad de
ponendum eum. Iesus autem emissa uoce magna expira
uit. et ecce templum scissum est in duo. a summo
usque deorsum. Videns autem centurio quia sic stetit
ex aduerso eius expirasset. ait. Vere homo hic filius dei erat.
Erant autem ibi multe mulieres de longe aspicientes. inter
quas erant maria magdalene. et maria iacobi minoris
et ioseph mater. et salome. Et cum essent in galilea se
quebantur eum. et ministrabant ei. Et alie multe que
simul cum eo ascenderant hierosolima. Et cum iam esset
sero. quia erat parasceue. quod est ante sabbatum. uenit
ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui et ipse erat
expectans regnum dei. audacter
introiuit ad pilatum. et petiit corpus ihu. Pilatus
autem miratus quia iam obisset. Et accersito centurione
interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset
a centurione. donauit corpus ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem. et depositis eum inuolui
sindone. posuit eum in monumento quod erat excisum
de petra. et aduolui lapidem ad hostium monumen
ti. Maria autem magdalene. et maria ioseph aspiciebant
ubi ponebatur. Et cum transisset sabbatum
maria magdalene. et maria iacobi. et salome emerunt
aromata ut uenientes ungerent iesum. Et
ualde mane una sabbatorum uenerunt ad monumen
tum. orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis
reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti.
Et respicientes uiderunt reuolutum lapidem erat
enim magnus ualde. Et introeuntes in monumen
tum. uiderunt iuuenem sedentem in dextris coop
tum stola candida. et obstupuerunt. Qui dicit illis
nolite expauescere. Iesum quaeritis nazarenum crucifixum
surrexit non est hic. ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite
dicite discipulis eius et petro. quia precedet uos in galilea. ibi
eum uidebitis sicut dixit uobis. Et ille egressae
monumento fugiunt. tenebat enim eas tremor et
pauor. et nemini quicquam dixerunt. timebant enim
Surgens autem de mane prima sabbati. apparuit primo
mane magdalene. de qua eiecerat. vii. demonia.
Illa uadens nunciauit his qui cum fuerant lugentibus
et flentibus. Et illi audientes quia uiuit. et uisus est
ab ea non crediderunt. Post hec autem duobus ex eis ambu
lantibus ostensus est in alia effigie. eunti bus in
uillam. et illi euntes nunciauerunt ceteris. sed nec illis
crediderunt. Nouissime recumbentibus illis unde
cim. apparuit. et exprobrauit incredulitatem illorum.
et duritiam cordis. Quia his qui uiderant eum resur
rexisse non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum
uniuersum. predicate euangelium omni creature.
Qui uiderit et baptizatus fuerit. saluus erit. Qui
uero non crediderit. condempnabitur. Signa autem
eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demo
nia eicient. lingua loquentur nouas. serpentes tol
lent. Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit.
super egros manus imponent. et bene habebunt.
Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis assum
ptus est in celum. et sedet a dextris dei. Illi autem profe
cti predicauerunt ubique. Domino cooperante. et sermonem con
firmante sequentibus signis.

Incipit narratio secundum lucam euangelistam.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem
de his que in nobis completa sunt. sicut tradiderunt nobis qui
a principio ipsi uiderunt. et ministri fuerunt sermonis. Visum est et mihi
assecuti omnibus diligenter a principio. ordinatim tibi scribere optime
theophile. ut cognoscas eorum de quibus eruditus es uerborum
veritatem. Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine
zacharias de uicissitudine abiae. et uxor illi de filiabus aaron. et nomen
eius elisabeth. Erant autem iustus ambo ante deum incedentes in omnibus
mandatis et iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis
filius eo quod esset elisabeth sterilis. et ambo processerant in diebus suis.
Factum autem est cum sacerdotio fungeretur in ordine uicissitudinis sue
coram deo. secundum consuetudinem sacerdotii sortem cecidit ut incederet
in templum domini. et omnis multitudo erat populi orans foris hora incensi.
Apparuit autem illi angelus domini stans a dextris altaris incensi.
Et turbatus est zacharias uidens. et timor cecidit super eum.
Dixit autem angelus ei. Ne timeas zacharia. quoniam exaudita est deprecatio tua.
et uxor tua elisabeth pariet tibi filium. et uocabis nomen eius iohannem.
Et erit gaudium tibi et exultatio. et multi in natiuitate eius gaudebunt.
erit enim magnus coram domino. et uinum et sicerum non bibet. et spiritu sancto
replebitur adhuc ex utero matris sue. et multos filiorum israel conuertet ad dominum
deum ipsorum. et ipse precedet ante illum in spiritu et uirtute helie.
ut conuertat corda patrum in filios. et incredulos in prudentiam iustorum.
parare domino plebem perfectam. Et dixit zacharias ad angelum. Vnde hoc
cognoscam. ego enim senex sum. et uxor mea processerat in diebus suis.
Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui astolo dei. et
missus sum loqui tecum. et hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens
et non potens loqui usque in diem quo fiant hec. pro eo quod non credidisti
sermonibus meis. qui implebuntur in tempore suo. Et erat populus
exspectans zachariam. et mirabantur quod tardaret in templo.
Exiens autem non poterat loqui illis. et intellexerunt quia uisionem
uidisset in templo. et ipse erat innuens eis. et permansit mutus.
Factum est autem ut impleti sunt dies officii sui. abiit in domum suam.
Post hos autem dies concepit elisabeth uxor eius. et
occultauit se menses quinque dicens. Quia sic mihi fecit dominus in
diebus quibus aspexit auferre opprobrium meum inter homines.
Mense autem sexto missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee
cui nomen nazareth. ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat ioseph
de domo dauid. et nomen uirginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit
Ave gratia plena dominus tecum. Quae cum audisset turbata est in
sermone eius. et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus
ei. Ne timeas maria. inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies
in utero et pariet filium. et uocabis nomen eius ihesum. Hic erit
magnus. et filius altissimi uocabitur. et dabit illi dominus deus
sedem dauid patris eius. et regnabit in domo iacob in eternum.
et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo
fiet istud quoniam uirum non cognosco. Et respondens angelus dixit
ei. Spiritus sanctus superueniet in te. et uirtus altissimi obumbrabit
tibi. Et ideo quod ex te nascetur sanctum. uocabitur filius dei. Et ecce
elisabeth cognata tua. ipsa concepit filium in senectute sua. et hic mensis
sextus est illi quae uocatur sterilis. quia non erit impossibile apud deum
omne uerbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini. fiat mihi secundum
uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

Surgens autem maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iuda.
Et intrauit in domum zacharie. et salutauit elisabeth. Factum est autem
cum audisset salutationem marie elisabeth. exultauit infans in utero eius.
et repleta est spiritu sancto elisabeth. et exclamauit
clamore magno et dixit benedicta tu inter mulieres. et benedictus fructus
ventris tui. Et unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me.
Ecce enim ut facta est uox salutationis tue in aures meas. exultauit
in gaudio infans in utero meo. Et beatus es quae credidisti.
quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a domino.
Et ait maria. Magnificat anima mea dominum.
Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue. ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna
qui potens est. et sanctum nomen eius. Et misericordia eius
a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo.
dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede.
et exaltauit humiles. Esurientes implebit bonis. et diuites
dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum. recordatus misericordie
sicut locutus est ad patres nostros. abraam et semini eius usque in
sempiternum. Mansit autem maria cum illa quasi menses tres.
et reuersa est in domum suam. Ioseph autem uir eius cum esset iustus
et nolens eam traducere. uoluit occulte dimittere eam.
Hec autem cogitante ecce angelus domini apparuit ei in somnis dicens.
Ioseph fili dauid. noli timere accipere maria coniugem tuam.
Quod enim in ea natum est. de spiritu sancto est. Pariet autem filium.
et uocabis nomen eius ihesum. Ipse enim saluum faciet populum suum
a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur
quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ecce uirgo in utero
habebit. et pariet filium. et uocabunt nomen eius emanuel.
quod est interpretatum nobiscum deus. Exsurgens autem ioseph
a somno fecit sicut precepit ei angelus domini. et accepit
coniugem suam. Et non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum.
et uocauit nomen eius ihesum.

Cum autem natus esset ihesus in bethleem iuda in diebus herodis regis.
ecce magi ab oriente uenerunt hierosolimam dicentes. Vbi est qui natus est
rex iudeorum. Vidimus enim stellam eius in oriente. et uenimus adorare eum.
Audiens autem herodes rex turbatus est. et omnis hierosolima cum illo.
Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi sciscitabatur
ab eis ubi christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethleem iuda.
Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda.
nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exibit dux
qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam uocatis magis
diligenter didicit ab eis tempus stellae quae apparuerat eis.
Et mittens eos in betheem dixit. Euntes diligenter inquirite de puero.
et cum inueneritis renuntiate mihi. ut et ego ueniens adorem eum.
Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente
antecedebat eos. donec ueniens stetit super ubi erat puer.
Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno ualde.
Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius.
et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis
obtulerunt ei munera. aurum. thus. et myrram.
Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem.
per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.
Et cum consummati essent dies octo ut circumcidatur puer.
uocatum est nomen eius ihesus. quod uocatum est a angelo
priusquam in utero conceperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis
eius secundum legem moysi. tulerunt eum in hierosolima
ut sisterent eum domino. sicut scriptum est in lege domini.
Quia omne masculinum adaperiens uulua sancto domino uocabitur.
Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini.
Paria turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce
erat homo in hierosolima cui nomen erat simeon. et iustus
et timoratus. exspectans consolationem israel. et spiritus sanctus
erat in eo. Et responsum accepit a spiritu sancto
non se uisurum mortem nisi prius uideret christum domini.
Et uenit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum ihesum
parentes eius. ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo.
Et ipse accepit eum in ulnas suas. et benedixit deum
et ait. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum
uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei
salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum.
lumen ad reuelationem gentium. et gloriam plebis israel.
Et erat pater eius et mater mirantes super his
quae dicebantur de illo. Et benedixerunt ioseph et
maria matri eius. Et ait simeon ad matrem eius.
Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in israel.
et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam
pertransibit gladius. ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.
Et erat anna prophetissa filia fanuel de tribu aser.
hic processerat in diebus multis. uixerat cum uiro suo
annis septem a uirginitate sua. et hic erat uidua usque
ad annos octoginta quattuor. quae non recedebat de templo
seruiens nocte ac die in ieiuniis et obsecrationibus.
Hic ipsa hora superueniens confitebatur domino.
et loquebatur de illo omnibus qui exspectabant redemptionem israel.
Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini.
reuersi sunt in galilea ciuitatem suam nazareth.
Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia.
et gratia dei erat super eum.

Et ibant parentes eius per singulos annos in hierosolima
in die festo paschae. Et cum factus esset annorum duodecim.
ascendentibus illis secundum consuetudinem diebus festis.
Et cum consumpsissent dies. cum redirent remansit puer ihesus
in hierosolima. et non cognouerunt parentes eius.
Existimantes autem illum esse in comitatu. cum
uenissent iter diei. et quaerebant eum inter cognatos
et notos. Et non inuenientes. reuersi sunt in hierosolima
quaerentes eum. Et factum est post triduum inuenerunt eum
in templo sedentem in medio doctorum. audientem
illos et interrogantem eos. Stupebant autem omnes
qui audiebant eum super prudentia et responsis
eius. Et uidentes eum mirati sunt. Et dixit mater
eius ad eum. Fili quid fecisti nobis sic. ecce
pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.
Et ait ad illos. Quid est quod me quaerebatis.
nescistis quia in his quae patris mei sunt oportet me esse.
Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad eos.
Et descendit cum eis. et uenit nazareth.
et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia
uerba hec in corde suo. Et ihesus proficiebat sapientia
et aetate et gratia apud deum et homines.

Gray Scale
0 1 2 3 4
Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

qui illi diecrib; prodesse.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem eorum qui in nobis completa sunt rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis, visum est et mihi assecuto a principio omnibus diligenter ex ordine describere optime Theophile eorum quorum eruditi sunt de quibus erudiri es oratione.

Fuit in diebus Herodis regis Iudee sacerdos quidam nomine Zacharias de vicem Abia et uxor eius de filiabus Aaron et nomen eius Elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Et non erat illi filius eo quod esset Elizabeth sterilis et ambo processerant in diebus suis. Factum autem est cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante deum secundum consuetudinem sacerdotii sorte exivit ut incensum poneret ingressus in templum domini et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns et timor irruit super eum. Dixit autem ei angelus. Ne timeas Zacharia quoniam exaudita est deprecatio tua et uxor tua Elizabeth pariet tibi filium et vocabis nomen eius Iohannem. Et erit gaudium tibi et exultatio et multi in nativitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino et vinum et siceram non bibet et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae. Et multos filiorum Israel convertet ad dominum deum ipsorum et ipse praeibit ante illum in spiritu et virtute Helie ut convertat corda patrum in filios et incredibiles ad prudentiam iustorum parare domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum. Unde hoc sciam. Ego enim sum senex et uxor mea processerit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei. Ego sum Gabriel qui asto ante deum et missus sum loqui ad te et haec tibi evangelizare. Et ecce eris tacens et non potens loqui usque in diem illum quo hoc fiant pro eo quod non credidisti verbis meis quae implebuntur in tempore suo. Et erat plebs exspectans Zachariam et mirabantur quod tardaret in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. Et cognoverunt quia visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis et permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies officii eius abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Helizabeth uxor eius et occultabat se menses quinque dicens. Quia sic mihi fecit dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a deo in civitatem Galilee cui nomen Nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph de domo David et nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Ave gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria invenisti gratiam apud dominum. Ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus et filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem David patris eius. Et regnabit domus Iacob in aeternum et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit te. Idcoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce cognata tua Elizabeth et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sexto illi qui vocatur sterilis quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

Exurgens autem Maria diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem Iuda et introivit domum Zacharie et salutavit Elizabeth. Et factum est ut audivit salutationem Marie Elizabeth exultavit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabeth et exclamavit voce magna et dixit benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut veniat mater domini mei ad me. Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in aures meas exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata quae credidisti quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultavit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille suae. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis et divites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham et semini eius in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi menses tres et reversa est in domum suam.

Helizabeth autem impletum est tempus parendi et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius quia magnificavit dominus misericordiam suam cum illa. Et congratulabantur ei. Factum est die octavo venerunt circumcidere puerum et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit non sic sed vocabitur Iohannes. Et dixerunt ad illam quia nemo est de cognatione tua quae vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem nolle vocari eum. Postulans pugillarem scripsit dicens. Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt omnes. Apertum est autem illico os eius et lingua eius et loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum et super omnia montana Iudee diuulgabantur omnia verba. Et posuerunt omnes qui audierunt in corde suo dicentes. Quis putas puer iste hic. Etenim manus domini erat cum illo.

Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto et prophetavit dicens. Benedictus dominus deus Israel quia visitavit et fecit redemptionem plebi suae et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui sicut locutus est per os sanctorum qui a saeculo sunt prophetarum suorum salutem ex inimicis nostris et de manu omnium qui oderunt nos. Facere misericordiam cum patribus nostris et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum dare nobis sine timore de manu inimicorum eripiti nos serviamus illi in sanctitate coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Praeibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordiae dei nostri in quibus visitavit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat et confortabatur spiritu et erat in desertis usque in diem ostensionis suae ad Israel.

audientes in corde suo dicentes. Quis putas
puer iste erit? Etenim manus domini erat cum
illo. Et zacharias pater eius repletus est spiritu
sancto, et prophetavit dicens: ¶ Benedictus dominus deus israel
quia visitavit et fecit redemptionem plebis suae.
Et erexit cornu salutis nobis: in domo david
pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui a saeculo
sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris
et de manu omnium qui oderunt nos. Ad facien-
dam misericordiam cum patribus nostris. Et memorari testa-
menti sui sancti. Iusiurandum quod iuravit ad
abraham patrem nostrum. Datum nobis
ut sine timore de manu inimicorum nostrorum li-
berati serviamus illi. In sanctitate et iustitia
coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta
altissimi vocaberis. Praeibis enim ante faciem do-
mini parare vias eius. Ad dandam scientiam
salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordiae dei nostri. In quibus visitavit nos
oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris
et in umbra mortis sedent. Ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis. Puer autem crescebat et con-
fortabatur spiritu. Erat que in desertis usque in diem ostensionis suae.
¶ Factum autem in diebus illis. Exi-
it edictum a caesare augusto ut describeretur
universus orbis. Hi descriptio prima facta est a praeside
syriae cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur
singuli in suam civitatem. Ascendit autem et
ioseph a galilea de civitate nazareth in iudaeam
in civitatem david quae vocatur bethleem eo quod esset
de domo et familia david ut profiteretur cum maria
desponsata sibi uxore praegnante. Factum est autem
cum essent ibi. Impleti sunt dies ut pareret
et peperit filium suum primogenitum et pannis
eum involvit et reclinavit eum in praesepio quia
non erat eis locus in diversorio. Et pastores erant in
regione eadem vigilantes et custodientes vi-
gilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus
domini stetit iuxta illos et claritas dei circumfulsit
illos et timuerunt timore magno. Et dixit illis
angelus. Nolite timere. Ecce enim evangelizo
vobis gaudium magnum quod erit omni populo
quia natus est vobis hodie salvator qui est christus do-
minus in civitate david. Et hoc vobis signum.
Invenietis infantem pannis involutum et po-
situm in praesepio. Et subito facta est cum angelo
multitudo militiae caelestis laudantium et
dicentium: Gloria in altissimis deo et in terra
pax hominibus bonae voluntatis. Et factum est ut
discesserunt angeli ab eis in caelum. ¶ Pasto-
res loquebantur ad invicem. Transeamus
usque bethleem et videamus hoc verbum quod
factum est quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes
et inveneruntque mariam
et ioseph et infantem positum in praesepio.

videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis
de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati
sunt de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos.
maria autem conservabat omnia haec conferens
in corde suo. Et reversi sunt pastores glorificantes et
laudantes deum in omnibus quae audierant et vide-
rant sicut dictum est ad illos. ¶ Et postquam consummati sunt dies
octo ut circumcidatur puer vocatum est nomen eius
ihesus quod vocatum est ab angelo priusquam in utero
conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purga-
tionis eius secundum legem moysi tulerunt illum
in hierusalem ut sisterent eum domino sicut scriptum est in
lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vul-
vam sanctum domino vocabitur. Et ut darent hostiam secundum
quod dictum est in lege domini. Par turturum aut duos pul-
los columbae. Et ecce homo erat in hierusalem cui nomen erat simeon.
Et homo iste iustus et timoratus expectans consola-
tionem israel et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum accepe-
rat a spiritu sancto non visurum se mortem nisi prius videret
christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum indu-
cerent puerum ihesum parentes eius ut facerent secun-
dum consuetudinem legis pro eo et ipse accepit eum in ulnas
suas et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis servum tu-
um domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt
oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem
omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium et gloriam
plebis tuae israel. ¶ Et erant pater eius et mater eius
mirantes super his quae dicebantur de eo. Et benedixit
illis simeon et dixit ad mariam matrem eius. Ecce
positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum
in israel et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius anim-
am pertransibit gladius. ut revelentur ex multis
cordibus cogitationes. Et erat anna prophetissa fi-
lia phanuel de tribu aser. haec processerat in diebus
multis et vixerat cum viro suo annis septem a virgi-
nitate sua. Et ipsa vidua usque ad annos octoginta
quattuor quae non discedebat a templo. servientes nocte ac die.
in obsecrationibus. Et ipsa hora stans
confitebatur domino. et loquebatur de illo omnibus qui expe-
ctabant redemptionem israel. Et postquam omnia secundum legem
domini perfecerunt reversi sunt in galilaeam in civitatem suam nazareth.
Puer autem crescebat confortabatur plenus sapientia
et gratia erat super illum. ¶ Et ibant parentes eius per omnes
annos in hierusalem in die sollemni paschae. Et cum factus esset annorum
duodecim ascendentibus illis secundum consuetudinem diei festi. Consummatisque diebus cum
redirent remansit puer ihesus in hierusalem et non cognoverunt
parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu venerunt diem viae et quaerebant eum inter cognatos et notos. Et non invenientes regressi sunt in hierusalem
requirentes eum. ¶ Et factum est post triduum invenerunt
illum in templo sedentem in medio doctorum audientem
illos et interrogantem. Stupebant autem omnes qui eum
audiebant super prudentia et responsis eius. Et videntes
admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti

3

Anno quinto decimo imperii
tiberii cesaris, procurante pontio pilato iudeam,
tetrarcha autem galilee herode, philippo autem fratre eius
tetrarcha ituree et trachonitidis regionis, et lysania
abilene tetrarcha sub principibus sacerdotum
anna et caiapha, factum est verbum dei super ioannem
zacharie filium in deserto. Et venit in omnem re
gionem iordanis predicans baptismum penitentie in remissi
onem peccatorum. Sicut scriptum est in libro sermonum isa
ie prophete. Vox clamantis in deserto parate viam
domini rectas facite semitas eius. Omnis iniquitas
exaltabitur, et omnis collis humiliabitur. Et erit
pravum in directum, et aspera in vias planas. Et vi
debit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad
turbas qui exibant ut baptizarentur ab ipso. Ge
nimina viperarum quis ostendit vobis fugere a futu
ra ira? Facite ergo fructus dignos penitentie. Et
ne cepitis dicere patrem habemus abraham. Dico enim vo
bis quia potest deus de lapidibus istis suscitare filios a
braae. Iam enim securis ad radicem arborum posita est.
Omnis ergo arbor qui non facit fructum bonum exci
detur et in ignem mittetur. Et interrogabant eum tur
be dicentes. Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat
illis. Qui habet duas tunicas det non habenti. Et qui
habet escas similiter faciat. Venerunt autem publica
ni ut baptizarentur et dixerunt ad illum. Magis
ter quid faciemus? Ille autem dixit ad illos. Nichil
amplius quam constitutum est vobis faciatis. Interrogabant
autem eum et milites dicentes. Quid faciemus et nos? Et ait illis.
Neminem concutiatis neque calumniam faciatis. Et
estote contenti stipendiis vestris. Existente autem
populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de
ioanne ne forte ipse esset christus. Respondit ioannes
dicens illis. Ego quidem baptizo vos in aqua. Venient autem
fortiores me. cuius non sum dignus solvere corrigi
am eius. ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni.
Cuius ventilabrum in manu sua et purgabit aree
am suam et congregabit triticum in horreum suum.
palea autem comburet igni inextinguibili. Multa
quidem et alia exhortans evangelizabat populo. Herodes autem
tetrarcha cum arguetur ab illo de
herodiade uxore fratris sui. et de omnibus malis que fe
cit herodes adiecit et hoc super omnia et includit ioannem
in carcere. Factum est autem cum baptizarentur omnis populus et
ihesu baptizato et orante apertum est celum. et descen
dit spiritus sanctus corporali specie sicut columba super ipsum. et vox
de celo facta est. Tu es filius meus dilectus in te complacui
mihi. Et ipse ihesus erat quasi annorum xxx ut
putabatur filius ioseph. Qui fuit heli. Qui fuit
matthat. Qui fuit levi. Qui fuit melchi. Qui fuit
ianne. Qui fuit ioseph. Qui fuit mattathie. Qui fuit amos.
Qui fuit nahum. Qui fuit hesli. Qui fuit nagge.
Qui fuit maath. Qui fuit mattathie. Qui fuit
semei. Qui fuit ioseph. Qui fuit iuda. Qui
fuit ioanna. Qui fuit resa. Qui fuit zorobabel.
Qui fuit salathiel. Qui fuit neri. Qui fuit mel
chi. Qui fuit addi. Qui fuit cosam. Qui fuit er.
Qui fuit iesu. Qui fuit eliezer. Qui fuit iorim.
Qui fuit matthat. Qui fuit levi. Qui fuit symeon.
Qui fuit iuda. Qui fuit ioseph. Qui fuit jo
nam. Qui fuit eliachim. Qui fuit melchi. Qui
fuit menna. Qui fuit mathatha. Qui fuit na
tham. Qui fuit david. Qui fuit yesse. Qui fuit
obed. Qui fuit booz. Qui fuit salomon. Qui fu
it naasson. Qui fuit aminadab. Qui fuit aram.
Qui fuit esrom. Qui fuit phares. Qui fuit iu
da. Qui fuit iacob. Qui fuit ysaac. Qui fuit
abraham. Qui fuit thare qui fuit nachor. Qui
fuit seruch. Qui fuit ragau. Qui fuit phalech.
Qui fuit heber. Qui fuit sale. Qui fuit cainan.
Qui fuit arphaxat. Qui fuit sem. Qui fuit noe.
Qui fuit lamech. Qui fuit mathusalem. Qui fu
it enoch. Qui fuit iaret. Qui fuit malaleel.
Qui fuit cainam. Qui fuit enos. Qui fuit
seth. Qui fuit adam. Qui fuit deus. Ihesus autem
plenus spiritu sancto regressus est a iordane et agebatur
in spiritu in deserto diebus xl. et tentabatur a diabolo. Et
non manducavit in diebus illis. nec consumpte sunt
eis. Et cum essent illis diebus. Dixit autem illi diabolus. Si filius dei es
dic lapidi huic ut panis fiat. et dixit ad illum
ihesus. Scriptum est quia non in pane solo vivet homo sed
omni verbo dei. Et duxit illum diabolus in montem
et ostendit illi omnia regna orbis
terre in momento temporis. Et ait illi diabolus. Tibi dabo potestatem
hanc universam. et gloriam illorum. quia mihi tradita
sunt et cui volo do illam. Tu ergo si adoraveris me erit
tua omnis. Respondens ihesus dixit ei. Scriptum est
dominum deum tuum adorabis. et illi soli seruiet. et duxit
illum in ierusalem. et statuit eum super pinnaculum templi
et dixit illi. Si filius es dei mitte te deorsum. Scriptum
enim est quia angelis suis mandavit de te ut
conservent te. et quia in manibus tollent te ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens ihesus
dixit illi. Dictum est. Non tentabis dominum deum tuum. Et con
sumata omni tentatione diabolus recessit ab illo
usque ad tempus. Et regressus est ihesus in virtute spiritus
in galilaeam. et fama exiit per universam regionem
de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum. et magnificabatur
ab omnibus. Et venit nazareth ubi erat nutritus.
et intravit secundum consuetudinem suam die
sabbatorum in synagogam. et surrexit legere. et tradita est
illi liber isaie prophete. Et ut revolvit librum invenit
locum ubi scriptum erat. Spiritus domini super me eo

Lc. xcv. t. c. xxxvij.

Mat. ix.
Mar. xv.
Io. xvii.

Ro. iii. xb. t. xliij.

Ro. iiij. v.

Mar. x. g.

Mat. xxvi.
Mar. vi.
t. e. hoc.
Lev. xiij.
Num. xij. g.
Lev. xiii.
Mat. ix.
Mar. ij.

Mat. xxvij.
Mar. vi.

Mat. xxvij.
Mar. v.

Mar. x. g.

Mat. ix.
Mar. ij.

Mat. xxvij.
Mar. vi.

Gray Scale
0 1 2 3 4

Staats- und
Universitätsbibliothek Bremen

frē tuo: frater sinе eiciam festucam de oculo tuo
ī oculo frātis tui: et ecce trabem non uides. hypocrita
eice primū trabem de oculo tuo: et tunc perspicies
ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est ar-
bor bona q̄ facit fructus malos: neq; arbor
mala facit fructus bonos. Vnaq̄q; enim
arbor de fructu suo cognoscitur. neq; enim de
spinis colligit fructus. neq; de rubo uindemiant
uuam. Bonus hō de bono thesauro cordis
sui profert bonum. et malus hō de malo the-
sauro profert malum. ex habundantia enim
cordis os loquitur. Quid autem uocatis me domi-
ne domine. et non facitis q̄ dico? Omnis q̄ uenit ad me
et audit sermones meos. et facit eos: ostendam
uobis cui similis est. similis est homini edificanti do-
mum. q̄ fodit ī altum. et posuit fundamentum
super petram. Inundante autem facta illatione fluuii
domui illi. et non potuit eam mouere. fundata enim
erat super petram. Qui autem audit et non
facit. similis est homini edificanti domum suam super
terram sine fundamento. ī q̄ illisus est fluuius. et cont-
nuo cecidit. et facta est ruina domus illius magna.
Cum autem impleisset omia uerba sua ī aures plebis
intrauit ī capharnaum. Centurionis autem seruus
cuidam male habens. erat moriturus. q̄ illi erat
pretiosus. Et cum audisset de Iesu misit ad eum
seniores iudeorum rogans eum ut ueniret. et
sanaret seruum eius. At illi cum uenissent ad
Iesum rogabant eum sollicite dicentes. Quia
dignus est ut hoc illi præstes. Diligit enim gentem
nostram. et synagogam ipse edificauit nobis. Ie-
sus autem cum illis. Iam cum iam non longe esset a do-
mo. misit ad eum centurio amicos dicens. do-
mine noli uocare. non enim dignus sum ut sub
tectum meum intres. Propter quod nec meipsum
dignum arbitratus sum ut ueniens ad te. sed dic ver-
bo. et sanabitur puer meus. Etenim ego homo sum
sub potestate constitutus. habens sub me milites
meos. et dico huic uade. et uadit. et alio ueni
ueniet. et seruo meo fac hoc. et facit. Audito
autem hoc Iesus miratus est. et conuersus sequentibus se ait
illis dico uobis. nec ī israel tantam fidem
inueni. Et reuersi q̄ missi erant domum. inuenerunt
seruum q̄ languerat sanum. Et factum est deinceps
ut iret in ciuitatem q̄ uocatur naym. et ibant
cum eo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem
appropinquaret porte ciuitatis. ecce defunctus
efferebatur filius unicus matris suae. et hic uidua
erat. turba ciuitatis multa cum illa. Quam
cum uidisset dominus misericordia motus super
illa. dixit. Ne fleas. et accessit et tetigit loculum.
Hi autem qui portabant steterunt. Et ait. Adole-
scens tibi dico surge. et resedit q̄ erat mortuus.
et cepit loqui. et dedit eum matri suae. Cepit autem
omnes timor. et magnificabant deum dicentes.
Quia propheta magnus surrexit ī nobis. et quia deus uisi-
tauit plebem suam. Et exiuit hic sermo ī omnem
iudeam de eo. et ī uniuersam circumiacentem regionem.
Et nuntiauerunt ioh̄i discipuli eius de omnibus his. Et con-
uocauit duos de discipulis suis ioh̄es. misit ad
dominum dicens. Tu es q̄ ueniturus es an alium exspec-
tamus? Cum autem uenissent ad eum uiri dixerunt.
Ioh̄es baptista misit nos ad te dicens. Tu es q̄
ueniturus es an alium exspectamus? In ipsa autem
hora curauit multos a languoribus et infirmi-
tatibus malis. et spiritibus nequam. et cecis multis donauit. Et re-
spondens dixit illis. Euntes renuntiate ioh̄i. q̄ uidistis
et audistis. quia cecci uident. claudi ambulant.
leprosi mundantur. Surdi audiunt. mortui
resurgunt. pauperes euangelizantur. et beatus est
quicumq; non fuerit scandalizatus in me. Cum autem
discessissent nuntii ioh̄is. cepit de ioh̄e ad turbas.
Quid existis ī desertum uidere? Arundinem
uento motam? sed quid existis uidere? hominem
mollibus uestimentis indutum. Ecce qui in ueste
pretiosa et ī deliciis sunt. ī domibus regum sunt. Sed
quid existis uidere? prophetam? etiam dico uobis. et
plusquam prophetam. hic est de quo scriptum est. Ecce
mitto angelum meum ante faciem tuam. q̄ præparabit
uiam tuam ante te. Dico enim uobis. maior inter
nos mulierum prophetam ioh̄em baptistam nemo est. Qui
autem minor est ī regno dei maior est illo. Et omnis po-
pulus audiens. et publicani iustificauerunt
deum baptisati baptismo ioh̄is. Legis autem peritis
et pharisaei consilium dei spernebant in semetipsos baptismum ab eo.
Cui ergo similes dicam homines generationis huius
et cui similes sunt? similes sunt pueris sedentibus
in foro et loquentibus ad inuicem et dicentibus. Cantauimus
uobis et non saltastis. lamentauimus
et non plorastis. Venit enim ioh̄es neq; manducans
neq; bibens. et dicunt. Demonium habet. Venit filius hominis manducans
et bibens. et dicunt. Ecce homo deuorator. et
bibitor uinum. amicus publicanorum et peccatorum.
Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.
Rogabat autem illum quidam de pharisaeis ut
manducaret cum illo. Et ingressus domum
pharisei discubuit. Et ecce mulier q̄ erat ī ciuita-
te peccatrix ut cognouit. q̄d accubuisset in do-
mo pharisei. attulit alabastrum unguen-
ti. Et stans retro secus pedes eius. lacrimis cepit ingan-
ire pedes eius. et capillis capitis sui tergebat. et
osculabatur pedes eius. et unguento ungebat.
Videns autem phariseus qui uocauerat eum. ait intra
se dicens. hic si esset propheta. scisset utique
quis et qualis mulier q̄ tangit eum. quia peccatrix est. Et respon-
dens ihesus ait illi. Simon habeo aliquid tibi dicere.
At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant creditori
cuidam. unus debebat denarios quingentos.
et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde red-

Matt. xxiii.
Matt. xlix.
Matt. xxv.
Matt. xxvii.
Matt. viii.
Matt. xxiii.
Matt. xi.
Lo. ii.
Matt. xxxix.
Matt. xxiv.
Lo. xxvi.
Mar. xii.

dicunt domine uicisti. Quis ergo eum plus di-
lexit? respondens simon dixit. Existimo quia cui plus do-
nauit. Et ille dixit. Recte iudicasti. Et conuersus
ad mulierem dixit simoni. Vides hanc mulierem
hanc uidi domum tuam. aquam pedibus meis non dedisti.
hanc autem lacrimis rigauit pedes meos. et capillis
suis tersit. Osculum mihi non dedisti. hanc autem
ex quo introiui non cessauit osculari pedes
meos. ideo quod dico tibi remittuntur ei peccata multa
quia dilexit multum. Oleo capitis meum non
unxisti. hanc autem unguento unxit pedes meos.
Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit
autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua.
Et coperunt simul accumbentes dicere
intra se. Quis hic est qui etiam peccata dimittit.
Dixit autem ad mulierem. Fides tua te fecit saluam.
uade in pace. Et factum est deinceps. ipse iter faciebat
per ciuitates et castella. predicans et euangelizans
regnum dei. et duodecim cum illo. et mulieres aliquas que erant curate a spiritibus immundis
et infirmitatibus. Maria que uocatur magdalene
de qua septem demonia exierant. et ioanna uxor
chuzae procuratoris herodis. et susanna. et alie multe
que ministrabant eis de facultatibus suis. Cum turba multa conueniret. et de ciuitatibus
festinarent ad eum. dixit per similitudinem. Exiit
qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat. aliud cecidit secus uiam. et conculcatum est
et uolucres celi comederunt illud. Et aliud
cecidit super petram. et natum aruit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas. et
simul exorte spinae suffocauerunt illud. Et aliud
cecidit in terram bonam. et ortum fecit fructum
centuplum. Hec dicens clamabat. qui habet aures
audiendi audiat. Interrogabant autem eum dis-
cipuli eius illum. quae haec parabola. quibus ipse
dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei.
ceteris autem in parabolis. ut videntes non uideant
et audientes non intelligant. Et ait illis parabola.
Semen est illud dei. Qui autem secus uiam. hi
sunt qui audiunt. deinde uenit diabolus. et tollit
illud de corde eorum. ne credentes salui fiant.
Nam qui super petram. qui cum audierint. cum gaudio
suscipiunt illud. et hi radices non habent. qui ad
tempus credunt. et in tempore tentationis
recedunt. Qui autem in spinis cecidit. hi sunt qui
audiunt. et sollicitudinibus. et diuitiis. et uoluptatibus uitae euntes suffocantur. et non referunt
fructum. Qui autem in bona terra. hi sunt
qui in corde bono et optimo audientes uerbum
retinent. et fructum afferunt in patientia.
Nemo autem lucernam accendens operit eam
uase aut subtus lectum ponit. sed super ca-
delabrum ponit. ut intrantes lumen uideant.
Non enim est occultum quod non manifestetur. nec

ab scondito quod non cognoscatur. et in palam ue-
niat. Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet
dabitur illi. et quicumque non habet etiam quod putat se habere. auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum
mater et fratres eius. et non poterant adire eum propter turbam. Et nuntiatum est illi. Mater tua et fratres tui foris
stant uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad eos. Mater mea et fratres mei hi sunt. qui uerbum dei
audiunt et faciunt. Factum est autem in una die
cum ascendisset in naticulam. et discipuli eius. Et
ait ad illos. Transfretemus stagnum. Et ascenderunt. Navigantibus illis obdormiuit. Et
descendit procella ventorum in stagnum. et compleba-
ntur. et periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes. Praeceptor praeceptor. perimimur. Ille surgens increpauit ventum et tempestatem aquae. et cessauerunt. et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides uestra: Qui timentes mirati sunt. ad inuicem dicentes. Quis putas hic est. quia etiam ventis imperat et mari. et obedientiunt ei. Et navigauerunt autem ad regionem gerasenorum. quae est contra galilaeam. Et cum egressus esset ad terram: occurrit illi uir quidam qui habebat demonium iam temporibus multis. et
vestimento non induebatur. neque in domo manebat. sed in monumentis. Hic ut uidit iesum procidit
ei. et exclamans uoce magna dixit. Quid mihi et tibi iesu fili dei altissimi: obsecro te. ne me torqueas. Praecipiebat enim spiritui immundo: ut
exiret ab homine. multis enim temporibus arripiebat eum. Et uinciebatur catenis. et compedibus custoditus. Et rumpens uinculis agebatur a demonio in deserta. Interrogabat autem
illum ille dicens. Quis est nomen tuum: Ille dixit. Legio. quia intrauerunt demonia multa in eum.
Et rogabant illum ne imperaret illis. ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum. ibi mul-
torum. pascentium in monte. Et rogabant eum ut
permitteret eos in illos ingredi. et permisit illos.
Exierunt ergo demonia ab homine. et intrauerunt
in porcos. Et impetum fecit grex per praeceps in stagnum
et suffocatus est. Qui ut uiderunt factum quod factum
fuerat. fugerunt. et nuntiauerunt in ciuitatem. et in
uillas. Exierunt autem uidere quod factum est. Et uenerunt ad iesum. et inuenerunt hominem sedentem
a quo demonia exierant uestitum. et sanum mente. ad pedes eius. et timuerunt. Narrauerunt autem
illis qui uiderant. quomodo sanus factus est a legione.
Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis ge-
rasenorum ut discederet ab eis. quia timore magno
tenebantur. Ipse autem ascendens nauem reuersus est. Erat autem
uir a quo demonia exierant. ut cum eo esset. Dimisit autem eum ille
dicens. Redi in domum tuam. et narra quanta
fecit tibi deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem praedi-

Ecce. hoc.
Matt. xiij.
Mar. xiij.
Luc. xiij.
Luc. x.
Matt. xxx.
Mar. xiij.
Matt. xiij.
Luc. xiij.
Luc. xiij.
Luc. viij.
Luc. viij.
Luc. vi

Matt. xxviii. Mar. xvi.

A

ante illi fecisset ille. Factum est autem cum redisset ille. accepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. ecce venerunt viri nomine iairus. et ipse princeps synagoge erat. et cecidit ad pedes ihesu. rogans eum ut intraret in domum eius. quia filia unica erat illi. fere annorum xii. et hi morebantur. Et omnes flebant. ait illis. conplaudebant. Et mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab annis xii. quae in medicis erogaverat omnem substantiam suam. nec ab ullo potuit curari. accessit retro. tetigit fimbriam vestimenti eius. et confestim stetit fluxus sanguinis eius. et ait. Quis est qui me tetigit. Et negantibus autem omnibus. dixit petrus et qui cum eo erant. praeceptor turbae te comprimunt. et affligunt. et dicis. quis me tetigit. Et dixit ille. Tetigit me aliquis. Nam ego novi virtutem de me exisse. Et videns autem mulier. quia non latuit. tremens venit. et prostrata est ante pedes eius. et obsecrans coram populo. et indicavit eum. quam ob rem tetigerit eum. et quomodo confestim sanata sit. Et ipse dixit illi. filia fiducia tua te saluam fecit. vade in pace. Adhuc illo loquente venerunt quidam ad principem synagoge dicentes ei. quia mortua est filia tua. noli amplius vexare illum. Hic autem audito verbo hoc respondit patri puellae. Noli timere. crede tantum. et salva erit. Et cum venisset ad domum. non permisit intrare secum quemquam. nisi petrum. et iacobum. et iohannem. et patrem puellae. et matrem. flebant autem omnes. et plangebant illam. At ille dixit. Nolite flere. non enim est mortua puella. sed dormit. Et deridebant eum scientes quia mortua est. ipse autem tenens manum eius. clamavit dicens. Surge puella. Et restitutus est spiritus eius. et surrexit continuo. et iussit illi dari manducare. Et stupuerunt parentes eius. quibus praecepit ne alicui dicerent quae factum erat. Convocans autem xii. apostolos dedit illis virtutem et potestatem super omnia daemonia. et ut languores curarent. Et misit illos praedicare regnum dei et sanare infirmos. et ait ad illos. Nihil tuleritis in via neque virgam. neque peram. neque panem. neque pecuniam. neque duas tunicas habeatis. Et quamcumque domum introieritis ibi manete. et inde exeatis. Et quicumque non receperint vos. exeuntes de ciuitate illa. et pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circumibant per castella euangelizantes. et curantes ubique. Audiuit autem herodes tetrarcha omnia quae fiebant ab eo. Et haesitabat eo quod dicebatur a quibusdam quia iohannes surrexerit a mortuis. a quibusdam uero quia helias apparuerit. Ab aliis autem quia prophetarum unus de antiquis surrexit. Et ait herodes.

Matt. xxviii. Mar. xvi.

Erat. sup. lapsi iubamur adeos.

Dominica ante natale domini

Matt. xxi. Mar. xi. Luc. xix.

Matt. xxi. Mar. xi. Luc. xix.

Iohannem ego decollaui. quis autem est iste de quo audio. ego talia. Et quaerebat videre eum. Et reuersi apostoli narrauerunt illi quaecumque fecerant. Et assumens illos secessit seorsum in locum desertum qui est betsaide. Et cum cognouissent turbae secuti sunt eum. Et excepit illos. et loquebatur illis de regno dei. et eos qui curatione indigebant sanabat. die autem coepit declinare. Et accedentes xii. dixerunt illi. Dimitte turbas ut euntes in circumiacentes castella uillasque diuertant. et inueniant escas. quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos. Date illis manducare. At illi dixerunt. Non sunt nobis plus quam quinque panes. et duo pisces. nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem fere uiri quasi milia. Dixit autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per contubernia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et omnes discubuerunt. Accepit autem quinque panes et duos pisces. et respiciens in caelum benedixit illis. et fregit. et distribuit discipulis suis. ut apponerent turbae. Et manducauerunt omnes. et saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cophinos xii. Et factum est cum solus esset orans. erant autem cum illo discipuli. Et interrogauit illos dicens. Quem me dicunt esse turbae. At illi respondentes dixerunt. Iohannem baptistam. alii helian. alii autem quia propheta unus de prioribus surrexit. Dixit autem illis. Vos autem quem me esse dicitis. Respondens autem petrus dixit. Christum dei. At ille increpans illos. praecepit ne cui dicerent hoc dicens. Quia oportet filium hominis multa pati. et reprobari a senioribus et principibus sacerdotum et scribis. et occidi. et die tertia resurgere. Dicebat autem ad omnes. Si quis uult post me uenire. abneget semetipsum. et tollat crucem suam cotidie. et sequatur me. qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet eam. nam qui perdiderit animam suam propter me. saluam faciet illam. Quid enim proficit homini si lucretur mundum totum. se autem ipsum perdat. detrimentum uero suum faciat. nam qui me erubuerit. et meos sermones. hic filius hominis erubescet. cum uenerit in maiestate sua. et patris. et sanctorum angelorum. Dico autem uobis. quia sunt quidam hic stantes qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dei. Factum est autem post haec dies octo. et assumpsit petrum. et iohannem. et iacobum. et ascendit in montem ut oraret. Et factum est dum oraret. species uultus eius. et uestitus eius albus refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo. Erant autem moyses et helias uisi in maiestate. et dicebant excessum eius. quem completurus erat in hierusalem. Petrus uero et qui cum illo erant grauati somno. Et cum grauarentur uiderunt ma

Matt. xxi. Mar. xi. Luc. xix.

Matt. lii. Mar. xvi. Io. xii.

Matt. xxi. Mar. xi.

Matt. lxi. Mar. xxvii.

Matt. lxi. Mar. xxvii.

Matt. lxi. Mar. xxvii

lectorem eis. et duos uinos q. stabitur cum
illo. et fecit e eu discedunt ab illo. ait pe
trus ad ihm. p. quo ibimus nos hic ce uoluit
e. fac manus ita tabernacula unum t.
et unum moysi et unum helie. nesciens
quid diceret. Hec au illo loquente. facta
sunt nubes et obumbrauit eos. et timuerunt
cum ingrederent illis in nubem. et uox facta est de
nube dicens. hic est filius meus dilectus in
quem mihi bene complacuit. ipsum audite. et dum fieret uox inuenitus
est ihs solus. et ipsi tacuerunt. et nemini die
quicquam in illis diebus quecumque uiderant.

Factum est autem in sequenti die descendentibus
illis de monte. occurrit illis turba multa.
et ecce uir de turba exclamauit dicens.
magister obsecro te respice in filium meum
quia unicus est mihi. et ecce spiritus apprehendit eum.
et subito clamat. et elidit. et dissipat eum
cum spuma. et uix discedit dilanians eum.
et rogauit discipulos tuos ut eiicerent illum
et non potuerunt. Respondens autem ihs dixit. O gen
tio infidelis. et peruersa usque quo apud uos. et
patiar uos. Adduc huc filium tuum. et cum
accederet elisit illum demonium et dissipauit.
et increpauit ihs spiritum immundum. et sanauit
puerum et reddidit illum patri eius. Stupebant
autem omnes in magnitudine dei. Dum autem mi
rantur in omnibus quae faciebat dixit ad dis
cipulos suos. Ponite uos in cordibus uestris
uerba hec. Filius enim hominis tradendus est
in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud. et erat uelatum
ante eos ut non sentirent illud. et timebant
interrogare eum de hoc uerbo. Intrauit autem
cogitatio in eos. quis eorum esset maior. At ihs
uidens cogitationes cordis illorum. apprehendens puerum
statuit eum secum. et ait illis. Quicumque
hunc puerum suscipit in nomine meo me suscipit.
et quicumque me suscipit suscipit eum qui
misit me. Nam qui minor est inter omnes uos hic
maior est. Respondens autem petrus dixit. Praeceptor in
nomine tuo eiiciebamus dae
monia. et prohibuimus eum qui non sequitur
nobiscum. et ait ad illum ihs. Nolite pro
hibere. Qui enim non est aduersum uos. pro uobis est.

Factum est autem cum complerentur dies assumpti
onis eius. et ipse faciem suam firmauit
ut iret in ierusalem. et misit nuntios. et euntes
intrauerunt in ciuitatem samaritanorum. ut
iter illi. et non receperunt eum. quia facies
eius erat euntis in ierusalem. Cum uidissent autem discipuli
eius iacobus et iohes dixerunt. domine uis dicimus
ut ignis descendat de celo et consumat eos.
et conuersus increpauit illos et dixit. Nescitis
cui spiritui estis filius hominis uenit animas perdere
et saluare. et abierunt in aliud castellum.

Factum est ambulantibus autem illis in uia dixit
quidam ad illum. Sequar te quocumque ieris.
et ait illi ihs. Vulpes foueas habent. et uolu
cres celi nidos. filius autem hominis non
habet ubi capud suum reclinet. Ait autem ad
alium. Sequere me. Ille autem dixit. Domine permitte
me primum ire sepelire patrem meum. Dixit
autem ei ihs. Sine mortuos sepelire mortuos suos se
pelire. tu autem uade annuncia regnum dei. et ait
alter. Sequar te domine. Sed permitte me primum
renunciare his qui domi sunt. et ait ad
illum ihs. Nemo mittens manum suam
in aratrum et respiciens retro aptus est regno dei.

Post hec autem designauit dominus et alios lxx. duo
rum misit illos binos ante faciem suam in
omnem ciuitatem et locum quo erat ipse ue
nturus. et dicebat illis. Messis quidem multa
operarii autem pauci. Rogate ergo dominum
messis ut mittat operarios in messem suam.
Ite. ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos.
Nolite ergo portare sacculum. neque peram. neque
calceamenta. et nemini in uia salutaueritis.
In quamcumque domum intraueritis primum
dicite. Pax huic domui. et si ibi fuerit filius
pacis. requiescet super eum pax uestra. Sin autem.
ad uos conuertetur. In eadem autem domo mane
te edentes et bibentes. quae apud illos sunt.
Dignus est enim operarius mercede sua.
Nolite transire de domo in domum. et in quam
cumque domum intueritis et susceperint
uos. manducate quae apponuntur uobis. et
curate illos infirmos. qui in illa sunt. et di
cite illis. Appropinquauit in uos regnum di.
In quamcumque domum intueritis et
non susceperint uos. exeuntes in plateas eius dicite.
in pulueren qui adhesit nobis de ciuitate uestra
extergimus in uos. ueruntamen hoc scitote quoniam appropi
quauit regnum dei. Dico uobis quoniam sodoma
et gomorra in die illa remissius erit quam illi ciuitati.
Ve tibi corozain. Ve tibi betsaida. quia si in tiro
et sidone facte fuissent uirtutes quae in uobis
facte sunt. olim in cilicio et cinere sedentes pe
nitentiam egerunt. Verumtamen tiro et sidon remissius
erit in iudicio quam uobis. et tu capharna
um nunquid usque in celum exaltaberis usque ad infernum
descendes. Qui uos audit me audit. et qui
uos spernit me spernit. Qui au me spernit sper
nit eum qui me misit. Reuersi sunt autem lxx. cum
gaudio dicentes. Domine etiam demonia
subiciuntur nobis in nomine tuo. et ait illis.
Videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem. et ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones. et super omnem
uirtutem inimici. et nihil uobis noc

bit. Verumptamen in hoc nolite gaudere. quia spiritus vobis subiciuntur. Gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in celis. In ipsa autem hora exultauit in spiritu sancto. et dixit. Confiteor tibi pater celi et terre. quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus. et reuelasti ea paruulis. Etiam pater. quia sic placuit tibi. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. et nemo nouit quis sit filius nisi pater. et quis sit pater nisi filius. et cui voluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui vident quod vos videtis. Dico enim vobis quia multi prophete et reges voluerunt videre quod vos videtis. et non viderunt. et audire quod audistis. et non audierunt.

Et ecce quidam legis peritus surrexit. tentans illum. dicens. Magister. quid faciendo vitam eternam possidebo. At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est. quomodo legis. Ille respondens dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. et ex tota anima tua. et ex omnibus viribus tuis. et ex omni mente tua. et proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi. Recte respondisti. hoc fac et viues. Ille autem volens iustificare se ipsum dixit ad iesum. Et quis est meus proximus. Suspiciens autem iesus dixit.

Homo quidam descendebat ab hierusalem in iericho. et incidit in latrones. Qui etiam despoliauerunt eum. et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via. et cum illo fieret. Cum esset iuxta eum et transiisset. Similiter autem et leuita cum esset secus locum. et cum transiisset. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum. et videns eum. misericordia motus est. Et appropians alligauit uulnera eius. infundens oleum et uinum. Et imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum. et curam eius egit.

Et alia die protulit duos denarios. et dedit stabulario. et ait. Curam illius habe. et quicquid superegeris. ego cum redeo reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi. proximus fuisse illi qui incidit in latrones. At ille dixit. Qui fecit misericordiam cum illo. Et ait illi iesus. Vade. et tu fac similiter.

Factum est autem dum irent. et ipse intrauit in quoddam castellum. et mulier quedam nomine martha excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine maria. que etiam sedens secus pedes domini audiebat uerbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. quam stetit. et ait. Domine non est curae tibi quod soror mea reliquit me solam ministrare. Dic ergo illi. ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus. Martha martha solicita es. et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit quae non auferetur ab ea.

Et factum est cum esset in loco quidam orans. et cum cessauit. dixit unus ex discipulis eius ad eum. Domine doce nos orare. sicut et iohannes docuit discipulos suos. Et ait illis.

Cum oratis dicite. Pater noster qui es in celis. sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua. sicut in celo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem.

Et ait ad illos. Quis uestrum habebit amicum. et ibit ad illum media nocte. et dixerit illi. Amice commoda mihi tres panes. quoniam amicus meus uenit ad me de uia. et non habeo quod ponam illi. Et ille deintus respondens dixerit. Noli mihi molestus esse. iam hostium clausum est. et puer meus mecum in cubili. non possum surgere et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans. dico uobis. etsi non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit. propter impudentiam eius surgens dabit illi quicquid habet necessarium. Et ego uobis dico. petite. et dabitur uobis. Quaerite. et inuenietis. pulsate. et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui quaerit inuenit. et pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis petit patrem panem. numquid lapidem dabit illi. aut piscem. numquid pro pisce serpentem dabit illi. aut si petierit ouum numquid porriget illi scorpionem. Si ergo uos cum sitis mali. nostis bona data dare filiis uestris. quanto magis pater uester de celo dabit spiritum bonum petentibus se.

Erat eiciens dominus demonium et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium. locutus est mutus. et admirati sunt turbae. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eiicit demonia. Et alii tentantes signum de celo quaerebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum dixit eis. Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. et domus super domum cadet. Si autem et satanas in se ipsum diuisus est. quomodo stabit regnum ipsius. quia dicitis in beelzebub eiicere demonia. Si autem ego in beelzebub eiicio demonia. filii uestri in quo eiiciunt. Ideo iudices uestri erunt. Porro si in digito dei eiicio demonia. profecto peruenit in uos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum. in pace sunt ea quae possidet. Si autem fortior illo superueniens uicerit eum. omnes armas eius auferet in quibus confidebat. et spolia eius distribuet. Qui non est mecum. aduersum me est. Et qui non colligit mecum. dispergit.

Cum immundus spiritus exierit. ambulat per loca inaquosa quaerens requiem. non inuenit. Et dicit. Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenit. inuenit eam scopis mundatam et ornatam. Et tunc euntes assumit septem alios spiritus nequiores se. et ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

Et factum est cum hec diceret. extollens quidam mulier uocem de turba dixit illi. Beatus uenter qui te portauit. et ubera quae suxisti. At ille dixit. Quin imo beati qui audiunt uerbum dei. et custodiunt illud.

Matt. xxi. — Matt. xxii. — Matt. xxiii. — Matt. xxiii. — Matt. xxi

Turbis autem congregatis: cœpit dicere. Generatio
hæc generatio nequam est. Signum quærit. et signum
non dabitur ei. nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit
Ionas signum ninivitis. ita erit filius hominis
huic generationi. Regina austri surget in iudicio cum
viris generationis huius. et condemnabit illos. quia venit a finibus terræ audire
sapientiam Salomonis. Et ecce plus quam Salomon
hic. Viri ninivitæ surgent in iudicio cum
generatione hac. et condemnabunt eam. quia
pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ.
Et ecce plus quam Ionas hic. Nemo lucernam accendit. et abscondit eam. neque sub
modio. sed super candelabrum. ut qui ingrediuntur
lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus
tuus. Si oculus tuus fuerit simplex. totum cor
pus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit. tuum
corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo
ne lumen quod in te est tenebræ sint. Si ergo cor
pus tuum fuerit lucidum. non habens aliquam partem
tenebrarum erit lucidum totum. sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et cum loqueretur rogavit illum. quidam pharisæus ut pran
deret apud se. Et ingressus recubuit. pha
risæus autem cœpit reputare in se dicens. Quare
non baptizatus est ante prandium. Et ait dominus ad
illum. Nunc vos pharisæi quod deforis est calicis
et catini mundatis. quod autem intus est plenum est
rapina et nequitia. Stulti nonne qui fecit quod
deforis est. et quod intus est fecit. Verumptamen
quod superest date eleemosynam: et ecce omnia mun
da sunt vobis. Sed hæc oportuit facere. et illa non omittere. Ve vobis pharisæis qui
decimatis mentam et rutam. et omnem olerem. et
pertransitis iudicium et caritatem. hæc autem oportuit
facere. et illa non omittere. Ve vobis pharisæis qui
diligitis primam cathedram in synagogis. et
salutationes in foro. Ve vobis quia estis ut
monumenta quæ non parent. et homines ambulantes super nescient. Respondens autem quidam de legis
peritis ait ei. Magister hæc dicens. etiam nobis
contumeliam facis. Et ille ait. Ve vobis
legis peritis. Ve qui oneratis homines onere
bus: et ipsi vix uno digito vestro tangitis sarcinas. Ve vobis qui
ædificatis monumenta prophetarum. Patres autem vestri
occiderunt illos. profecto testificamini quod con
sentitis operibus patrum vestrorum. Quia quidem ipsi eos
occiderunt. vos autem ædificatis eorum sepulcra.
Propterea et sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas et apostolos. et ex illis occident. et persequentur. ut inquirat sanguis omnium prophetarum
qui effusus est a constitutione mundi a generatione hac. A sanguine abel usque ad sanguinem
zacharie. qui perit inter altare et templum. Ita dico
vobis requirentur ab hac generatione. Ve vobis

legis peritis quia tulistis clavem scientiæ ipsi non intrastis.
et eos qui introibant prohibuistis. Cum autem hæc
dicerent. cœperunt pharisæi et legis periti graviter insistere
et os eius opprimere de multis insidiantes ei. Et
quærentes capere aliquid de ore eius ut accusarent
eum. Multitudinem autem hominum congregatam
se invicem conculcarent. cœpit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermento pharisæorum quod
est hypocrisis. Nihil autem opertum quod non revelabitur. neque
absconditum quod non scietur. quæ in tenebris dixistis in lumine dicentur. Et quæ in aure locuti estis in cubilibus. prædicabuntur in tectis. Dico autem
vobis amicis meis ne timeatis ab hiis qui
occidunt corpus et post hæc non habent amplius quid
faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit habet potestatem
mittere in gehennam. Etiam dico vobis hunc time
te. Nonne quinque passeres venundantur dipondio. et unus ex illis non est in oblivione coram deo.
Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Ne
solite ergo timere multis passeribus pluris estis
quam. Dico autem vobis. Omnis quicumque confitebitur me coram hominibus. et filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem
negaverit me coram hominibus: denegabitur
coram angelis dei. Et omnis qui dixerit verbum in filium hominis remittetur illi. Et
qui autem in spiritum sanctum blasphemaverit: non remittetur.
Cum autem induxerint vos in synagogas et ad
magistratus et potestates. nolite sollicitari quomodo aut quid
respondeatis. Aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat dicere.
Ait autem ei quidam de turba. Magister dic fratri
meo ut dividat mecum hereditatem. At ille dixit ei. homo quis me constituit iudicem aut divisorem super vos. Dixit autem ad illos. Videte et cavete ab
omni avaritia. quia non in habundantia cuiusquam vita
eius est ex bonis quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens. Hominis cuiusdam divitis
uberes fructus attulit. et cogitabat intra se dicens.
Quid faciam quia non habeo quo congregam fructus meos. Et dixit hoc faciam. destruam horrea
mea. et maiora faciam. et illuc congregabo
omnia quæ sunt mihi. et bona mea. et dicam animæ
meæ. Anima habes multa bona posita in
annos plurimos. requiescere. comede. bibe. epu
lare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animam
tuam repetunt a te. quæ autem parasti cui erunt.
Ita est qui thesaurizat. et non est in deum dives. Dixit autem
ad discipulos suos. Ideo dico vobis. nolite sollicitari
animæ vestræ quid manducetis. neque corpori quid
induatis. Anima plus est quam esca. et corpus
quam vestimentum. Considerate corvos quia non seminant
neque metunt. quibus non est cellarium neque horreum.
et deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis

Matt. xxiv.
Deo. xxiii.
Matt. lviii.
Mar. xxiii.
Matt. xxiv.
Luc. xxii.
Luc. xxiii.
Luc. xxi.
Luc. xxi.
Luc. xxi

illis: ¶ Quis autem uestrum cum habuerit centum oues. et si perierit
ex illis nonne dimittit nonaginta nouem in montibus. et
pergit ad illam quæ perierat. donec inueniat eam. Et cum
inuenerit eam imponit in humeros suos gaudens. et
ueniens domum conuocat amicos. et uicinos dicens
illis. Congratulamini mihi. quia inueni ouem meam
quæ perierat. Dico uobis quia ita gaudium erit in
celo super uno peccatore pœnitentiam agente. Super
nonaginta nouem iustis qui non habent pœnitentiam.
Aut quis mulier habens decem dracmas. si perdiderit
dracmam unam. nonne accendit lucernam. et everrit
domum. et quærit diligenter donec inueniat eam.
Et cum inuenerit eam. conuocat amicas. et uicinas
dicens. Congratulamini mihi. quia inueni dracmam
quam perdidi. Ita dico uobis. gaudium erit angelis
dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Ait
autem. Homo quidam habebat duos filios. et dixit
adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem
substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam.
Et post non multos dies congregatis omnibus
adolescentior filius peregre profectus est in regionem
longinquam. et ibi dissipauit substantiam suam
uiuendo luxuriose. Et postquam omnia consumpsisset
facta est fames magna in regione illa. et ipse
cœpit egere. Et abiit. et adhesit uni ciui regionis illius.
et misit eum in uillam suam ut pascere porcos.
Et desiderabat implere uentrem suum de siliquis
quas porci manducabant. et nemo illi dabat.
In se autem reuersus dixit. Quanti mercenarii patris
meri habundant panibus. ego autem hic fame pereo.
Surgam et ibo ad patrem meum. et dicam ei.
Pater peccauit in celum et coram te. Iam non sum
dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum de
mercenariis tuis. Et surgens ueniebat ad patrem suum.
Cum autem adhuc longe esset. uidit eum pater
ipsius. et misericordia motus est. et accurrens
cecidit super collum eius. et osculatus est eum.
Dixit autem filius. Pater peccauit in celum et
coram te. Iam non sum dignus uocari filius tuus.
Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte
stolam primam. et induite illum. et date annulum
in manum eius. et calceamenta in pedes eius.
Et adducite uitulum saginatum. et occidite.
et manducemus. et epulemur. Quia hic filius meus
mortuus erat. et reuixit. perierat. et inuentus est.
Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius
senior in agro. et cum ueniens appropinquasset domui
audiuit symphoniam et chorum. et uocauit unum
de seruis suis. Et interrogauit quæ hæc essent.
Ipse autem dixit illi. Frater tuus uenit. et occidit
pater tuus uitulum saginatum. quia saluum
illum recepit. Indignatus autem est. et nolebat
intrare. Egressus autem pater eius. cœpit
rogare illum. Respondens autem dixit patri suo.
Ecce tot annis seruio tibi. et nunquam mandatum
tuum præteriui. et nunquam dedisti mihi hedum.
ut cum amicis meis epularer. Sed ut filius tuus
hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus
uenit. occidisti illi uitulum saginatum.
At ille dixit illi. Fili tu semper mecum es.
et omnia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere
oportebat quia frater tuus hic mortuus erat.
et reuixit. perierat. et inuentus est.

Ex. xxvii. Luc. iii. Apoc. lxvi. Ie. lxii. Mat. xx. Ecc. xx. Ex. xi. Ie. i. im.

Adepti sunt. Stante ergo succeti.

Mat. lxxxii. Mar. xlvii.

Ecc. ii. Ne tuoda. Lev. lxxxviii.

Ex. xxvi. Luc. x. Ecc. ii. Sap. xi. Ap. xii.

Mat. xxxvii. Ex. xxv. Lev. x. Dep. clv.

Ps. cxlvi.

Ps. cxlvi. Mat. xx.

Ps. xxx.

Ps. xxx.

Ps. cxlvi.

Mat. xx.

Ps. cxlvi.

Ps. cxlvi.

Ps. cxlvi

Matt. xlvij. Marc. xii.

in unitate q̃ gliose fieliunt ab eo. ¶ Dicebat q̃
au simile est regnũ dĩ, cui simile ꝑ exitura
bo illud. Simile est grano sinapis q̃ accepto
hõ misit in ortum suũ, et auit, et factũ est in arbore
magnum, et nidificauerunt aues celi in ramis
eius. Et cũ dixisset, Cui simile estimabo regnũ
dei. Simile est fermento q̃ accepto mulier ab
scondit in farinae sata tria donec fermentatum
totum. Et hec omnia locutus est in parabolis
turbis. Et sine parabolis non loquebatur eis.
Et hoc factum est ut impleretur quod dictum est
per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum
eructabo abscondita a constitutione mundi.
Matt. xlix. Gen. xlix. Matt. xiii. ℣. xx.
Tunc dimissis turbis venit in domum. Et accesserunt
ad eum discipuli eius dicentes. Exponere nobis
parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait eis.
Qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autem
est mundus. Bonum autem semen hi sunt filii regni.
Zizania autem sunt filii nequam. Inimicus autem
qui seminauit ea est diabolus. Messis autem consum
matio est saeculi. Messores autem angeli sunt.
Sicut ergo colligitur zizania et igni comburuntur
sic erit in consummatione saeculi. Mittet filius hominis
angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala
et eos qui faciunt iniquitatem. Et mittent eos in
caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc
iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.
Qui habet aures audiat.
Matt. lxvi. Matt. xc. Ps. lxx. Ioh. lxxxvii.
Iterum simile est regnum celorum thesauro abscondito
in agro quem cum invenerit homo abscondit et
prae gaudio illius vadit et vendit omnia quae habet
et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum
homini negotiatori quaerenti bonas margaritas.
Inventa autem una pretiosa margarita abiit et
vendidit omnia quae habebat et emit eam.
Iterum simile est regnum celorum sagenae missae in
mare et ex omni genere congreganti. Quam cum
impleta esset educentes eam et sedentes
elegerunt bona in vasa mala autem foras
miserunt. Sic erit in consummatione saeculi.
Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum
et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus
et stridor dentium. Intellexistis haec omnia.
Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus
in regno celorum similis est homini patri familias
qui profert de thesauro suo nova et vetera.
Matt. xc. Matt. xcvi. Matt. xcvii. Matt. xcviii.
Et factum est cum consummasset Iesus parabolas
has transiit inde. Et venit in patriam suam.
Et docebat eos in synagoga eorum ita ut mirarentur
et dicerent. Unde huic sapientia haec et virtutes
nonne hic est fabri filius. Nonne mater eius dicitur
Maria et fratres eius Iacobus et Ioseph et Simon et
Iudas. Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt.
Unde ergo huic haec omnia. Et scandalizabantur
in eo. Iesus autem ait illis. Non est propheta sine
honore nisi in patria sua et in domo sua.
Et non fecit ibi multas virtutes propter incredulitatem
eorum. Matt. xcix. Matt. c. Matt. ciii. Matt. cv.
Matt. cvi. Matt. cvii. Matt. cviii. Matt. cxi.
Matt. cxii. Matt. cxiii. Matt. cxiv. Matt. cxv.
Matt. cxvi. Matt. cxvii. Matt. cxviii. Matt. cxix.
Matt. cxx. Matt. cxxi. Matt. cxxii. Matt. cxxiii.
Matt. cxxiv. Matt. cxxv. Matt. cxxvi. Matt. cxxvii.
Matt. cxxviii. Matt. cxxix. Matt. cxxx. Matt. cxxxi.
Matt. cxxxii. Matt. cxxxiii. Matt. cxxxiv. Matt. cxxxv.
Matt. cxxxvi. Matt. cxxxvii. Matt. cxxxviii.
Matt. cxxxix. Matt. cxl. Matt. cxli. Matt. cxlii.
Matt. cxliii. Matt. cxliv. Matt. cxlv. Matt. cxlvi.
Matt. cxlvii. Matt. cxlviii. Matt. cxlix. Matt. cl.
Matt. cli. Matt. clii. Matt. cliii. Matt. clv.
Matt. clvi. Matt. clvii. Matt. clviii. Matt. clix.
Matt. clx. Matt. clxi. Matt. clxii. Matt. clxiii.
Matt. clxiv. Matt. clxv. Matt. clxvi. Matt. clxvii.
Matt. clxviii. Matt. clxix. Matt. clxx. Matt. clxxi.
Matt. clxxii. Matt. clxxiii. Matt. clxxiv. Matt. clxxv.
Matt. clxxvi. Matt. clxxvii. Matt. clxxviii.
Matt. clxxix. Matt. clxxx. Matt. clxxxi. Matt. clxxxii.
Matt. clxxxiii. Matt. clxxxiv. Matt. clxxxv.
Matt. clxxxvi. Matt. clxxxvii. Matt. clxxxviii.
Matt. clxxxix. Matt. cxc. Matt. cxci. Matt. cxcii.
Matt. cxciii. Matt. cxciv. Matt. cxcv. Matt. cxcvi.
Matt. cxcvii. Matt. cxcviii. Matt. cxcix. Matt. cc.
Matt. ccii. Matt. ccii. Matt. ccii. Matt. ccii

amicos suos. et uicinos dicens illis. Congratulamini mihi quia inuenerim drachmam quam perdidi. Dico uobis quia sic gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente. super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia. Aut quid mulier habens drachmas si perdiderit drachmam unam nonne accendit lucernam. et everrit domum. et quaerit diligenter donec inueniat. Et cum inuenerit. conuocat amicas suas dicens congratulamini mihi quia inueni drachmam quam perdidi. Dico uobis gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Ait autem homo quidam habuit duos filios. et dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantiae quae me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et post paucos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam. et ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose. Et postquam omnia consumasset facta est fames ualida in regione illa et ipse coepit egere. Et abiit. et adhesit uni ciui regionis illius. et misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis quas porci manducabant. et nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus. ego autem hic fame pereo. Surgam et ibo ad patrem meum. et dicam ei. pater peccauimus in celum. et coram te iam non sum dignus uocari filius tuus. Fac me sicut unum de mercenariis tuis. Et surgens uenit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset. uidit illum pater ipsius. et misericordia motus est. et adcurrens cecidit super collum eius. et osculatus est eum. Dixit ei filius pater peccauimus in celum. et coram te iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam. et induite illum. et date anulum in manu eius. et calceamenta in pedibus eius. et adducite uitulum saginatum. occidite. et manducemus. et epulemur. quia hic filius meus mortuus erat. et reuixit. perierat. et inuentus est. Et coeperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. et cum ueniret. et appropinquaret domui audiuit symphoniam et choros. et uocauit unum de seruis suis. et interrogauit qui haec essent. Ipse autem dixit illi. Frater tuus uenit. et occidit pater tuus uitulum saginatum. quia saluum illum recepit. Indignatus est autem et noluit intrare. Pater ergo illius egressus coepit rogare illum. Et ille respondens patri suo. Ecce tot annis seruio tibi nec unquam mandatum tuum praeteriit. et numquam dedisti mihi hedum. ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit occidisti illi uitulum saginatum. Et ille dixit illi. fili tu semper mecum es. et omnia mea tua sunt. epulari autem oportebat quia frater tuus hic mortuus erat. et reuixit. perierat. et inuentus est.

Homo quidam erat diues qui induebatur purpura et bisso. epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus. cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis. et nemo illi dabat. Sed tamen uenientes lambebant. et lingebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus. et portaretur ab angelis in sinum abraae. Mortuus est autem diues. et sepultus est in inferno. Leuatis autem oculis suis cum esset in tormentis. uidit abraam a longe. et lazarum in sinu eius. et ipse clamans dixit. Pater abraam miserere mihi. et mitte lazarum

ut intingat extremum digiti sui in aq̃
ut refrigeret linguã meam. q̃ crucior i hac
flãma. Et dixit illi abraham. fili recorda
re q̃ recepisti bona ĩ uita tua. & lazarus
similiter mala. nunc autem hic consolatur. tu
uero cruciaris. & ĩ his omnibus inter nos & uos
chaos magnum firmatum est. ut hi q̃ uolũt
hinc transire ad uos nõ possint. neq; hi uenire
ad nos. Rogo te pater ut mittas eum ĩ
domum patris mei. habeo enim .v. fratres ut teste
tur illis. ne ipse ueniant in hunc locum tor
mentorum. Et ait illi abraham. habent moysen
et prophetas. audiant illos. At ille dixit. non
pater abraham. sed si quis ex mortuis iuerit
ad eos. penitentiam agent. Ait autem illi si
moysen et prophetas non audiunt. neq; si quis ex mor
tuis resurrexerit credent. ¶ Et ait ad discipulos
suos dixit. Impossibile est ut non ueniant scã
dala. Ve autem illi per quem ueniunt. Vtilius est illi
si lapis molaris imponatur circa collum eius
et proiciatur in mare quã ut scandalizet unũ
de pusillis istis. ¶ Attendite uobis. Si peccauerit frãter tuus increpa illum. Et si penitu
erit eam egit. dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te. et septies ĩ die conuersus fuerit ad te
dicens. penitet me. dimitte illi. Et dixerunt
apli domino. auge nobis fidem. Dixit autem
dõs. Si habueritis fidem sicut granum sinapis di
cetis huic morui. eradicare. et transplan
tare. ĩ mare. et obedient uobis. Quis autem uestrũ
habens seruum arantem. aut pascentem boues. qui
ex agro ueniat. dicet illi statim transi. et re
lege. et dicet ei. paua q̃ cenet. et precinge te. et ser
uito mihi donec manducem. et bibam. et post
hec manducabis et bibes. Numquid gratias habet
seruo illo q̃ hec fecerit q̃ ei imperauerat. Sic et uos cum feceritis omnia q̃ preceptu sunt uobis.
dicite. Serui inutiles sumus. q̃ debuimus
facere fecimus. ¶ Et factum est dum iret in hie
rusalem: transibat per mediam samariam et
galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum occurrerunt ei .x. uiri leprosi. Qui stete
runt a longe. et leuauerunt uocem dicentes. Iesu
praceptor miserere nobis. Quos ut uidit dixit.
ite ostendite uos sacerdotibus. Et factum est dum
irent: mundati sunt. Unus autem ex illis ut uidit
quia mundatus est reuersus est cum magna uoce magnificans
deum. Et cecidit ĩ faciem ante pedes eius gratias
agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autem
ihe dixit. Nonne .x. mundati sunt. et .ix. ubi
sunt. Non est inuentus qui rediret dare gloriam
deo nisi hic alienigena. Surge uade quia fides
tua te saluum fecit. ¶ Interrogauit autem pharisei
quando ueniret regnum dei. Respondit eis et dixit.
Non uenient regnum dei cum obseruatione. neq;
dicent. ecce hic. ecce illic. Ecce enim regnum dei
intra uos est. ¶ Et ait ad discipulos suos. Ve
nient dies quando desideretis uidere unum de diebus filii hominis
et non uidebitis. Et dicent uobis. ecce hic. ecce il
lic. Nolite ire. neque sectemini. Sicut enim fulgor
coruscans de sub celo. in ea q̃ sunt sub celo ful
get. ita erit filius hominis in die sua. primum
autem oportet illum multa pati. et reprobari a ge
neratione hac. Et sicut factum est in diebus noe. ita erit
in diebus filius hominis. Edebant. bibebant. et
uxores ducebant. et dabantur ad nuptias. usque
in diem q̃ intrauit noe in archam et uenit di
luuium. et perdidit omnes. Similiter sicut factum est
in diebus loth. edebant. bibebant. emebant.
et uendebant. plantabant. edificabant. Qua
die autem exiit loth a sodoma pluit ignis
de celo. et perdidit. Secundum hec erit. q̃ die filius
hominis reuelabitur. ¶ In illa hora q̃ fuerit
in tecto. et uasa eius in domo. ne descendat tollere illa.
Et qui in agro. similiter non redeat retro. Memores estote uxoris
loth. Quicumq; quesierit animã suã saluã facere perdet illã. et quicumq;
perdiderit illam. et uiuificabit eam. Dico uobis.
illa nocte erunt duo super lectum uno unus as
sumetur. et alter relinquetur. duo erunt molentes
ad ĩ unum. una assumetur. et altera relinquetur.
Respondentes dicunt illi. Vbi dõe. qui dixit eis. Vbi
cumq; fuerit corpus: illic congregabuntur aquile.
¶ Dicebat autem parabolam ad illos quoniam oportet
semper orare. et non deficere dicens. Iudex quidam
erat in quadam ciuitate q̃ deum non timebat. et hominem non reuerebatur. Vidua autem quedam e
rat in ciuitate illa. et ueniebat ad eum dicens.
Vindicame de aduersario meo. et nolebat per
multum tempus. Post hec autem dixit intra se. et
si deum non timeo. nec hominem reuerebor. tamen quia
molesta est mihi uidua uindicabo illam ne
in nouissimo ueniens suggillet me. Ait autem
dõs. Audite quid iudex iniquitatis
dixit. Deus autem non faciet iudicium electorum
suorum clamantium ad se die ac nocte. et patientem
habebit ĩ illis. Dico uobis quia cito faciet iudicium
illorum. Verumtamen filius hominis ueniens.
putas inuenietfidem ĩ terra. Dixit autem ad
quosdam qui confidebant in semetipsis iustos
et spernebant ceteros parabolam istam. ¶ Duo
homines ascenderunt in templum ut orarent.
Unus phariseus. et alter publicanus. Pharisaeus
stans: hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non
sum sicut ceteri hominum. Rapaces. iniusti.
adulteri. uel sicut hic publicanus. Ieiunio
bis ĩ sabbato. decimas do omnium q̃ possideo.
Et publicanus a longe stans: nolebat nec
oculos ad celum leuare. sed percutiebat pectus
suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori.
Dico uobis: descendit hic iustificatus in domum

Luc. xvi.

Luc. xvii.

Luc. xvii.

Luc. xvii

Matt. lxxx.
Mar. xxx.
Matt. lxvi.
Mar. xxxii.
c. 5. c. xi. d.
5. c. lii.

suum ab illo. qꝛ omnis q se exaltauerit humiliabi-
tur. et qui se humiliauerit exaltabitur. ¶ Afferebant autem
ad illum infantes ut eos tangeret. et cum uiderent
discipuli increpabant illos. sed uocauit eos iesus dicens
sinite pueros uenire ad me. et nolite eos uetare. talium
enim est regnum dei. Amen dico uobis quicumque non
receperit regnum dei sicut puer non intrabit in
illud. et interrogauit eum quidam princeps dicens.
Magister bone quid faciens uitam eternam possidebo.
Dixit autem eum iesus. Quid me dicis bonum. Nemo
bonus nisi solus deus. Mandata nosti. Non occides.
Non mechaberis. Non furtum facies. Non falsum
testimonium dicas. Honora patrem et matrem. Qui
autem. Hæc omnia custodiui a iuuentute mea. Quo audito
iesus ait. Adhuc unum tibi deest. Omnia quæcumque
habes uende. et da pauperibus. et habebis thesaurum in
celo et ueni sequere me. ¶ Hæc ille audiens contristatus
est. erat enim diues erat uehementer. Videns autem illum iesus
tristem factum. dixit. Quam difficile qui pecunias habent in
regnum intrabunt. facilius est camelum per foramen
acus transire. quam diuitem intrare in regnum dei. et dixerunt
qui audierant. et quis potest saluus fieri. Ait illis. Quæ
impossibilia sunt apud homines possibilia sunt
apud deum. Ait autem petrus. Ecce nos dimisimus
omnia. et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis
Dixit ei. Amen dico uobis nemo est qui reliquerit domum.
aut parentes. aut fratres. aut uxorem aut filios. propter
regnum dei. et non recipiat multo plura in hoc tempore
et in seculo futuro uitam eternam. ¶ Assumpsit autem
iesus. xii. discipulos suos et ait illis. Ecce ascendimus
hierosolimam. et consummabuntur omnia quæ scripta sunt
per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus illudetur.
et flagellabitur. et conspuetur. et postquam flagellauerint
occident eum. et die tertia resurget. et
ipsi nihil horum intellexerunt. et erat uerbum istud
absconditum ab eis. nec intelligebant quæ dicebantur.
¶ Factum est autem cum appropinquaret hierico. quidam
cecus sedebat secus uiam mendicans. et cum
audiret turbam pertransire interrogabat quid
hoc esset. Dixerunt autem ei quia iesus nazarenus transit.
et clamauit dicens. Iesu fili dauid miserere
mihi. et qui præibant increpabant eum ut taceret. ipse
autem multo magis clamabat. fili dauid miserere
mihi. Stans autem iesus iussit illum adduci ad se. et
cum appropinquasset interrogauit illum dicens. Quid tibi
uis faciam. At ille dixit. Domine ut uideam. et iesus
dixit ei. Respice. fides tua te saluum fecit. et continuo
uidit. et sequebatur illum magnificans deum. et
omnis plebs ut uidit dedit laudem deo. ¶ Et
ingressus perambulabat hierico. et ecce uir nomine zacheus
et hic erat princeps publicanorum. et ipse diues. et
quærebat uidere iesum quis esset. et non poterat præ turba
quia statura pusillus erat. et præcurrens ascendit
in arborem sycomorum. ut uideret eum. quia inde erat
futurus. et cum uenisset ad locum suspiciens in

Matt. lxxx.
Mar. xxxi.
Matt. lxxi.
Mar. xxxii.
Matt. lxxii.
Mar. xxxiii.
Lc. xxiii.
Lc. xxiii.
Matt. lxxiii.
Mar. xxxiv.
Lc. xxiii.
Lc. xxiii.
Matt. lxxiv.
Mar. xxxv.
Lc. xxiii.
Lc. xxiii.
Matt. lxxv.
Mar. xxxvi.
Lc. xxiii.
Lc. xxiii.
Matt. lxxvi.
Mar. xxxvii.
Lc. xxiii.
Lc. xxiii.
Matt. lxxvii.
Mar. xxxviii.
Lc. xxiii.
Lc. xxiii.
Matt. lxxviii.
Mar. xxxix.
Lc. xxiii.
Lc. xxiii.
Matt. lxxix.
Mar. xxxx.
Lc. xxiii.
Lc. xxiii.
Matt. lxxx.
Mar. xxxxi.
Lc. xxiii.
Lc. xxiii.

dixit ei. et dixit ad eum. zachee festina descende qꝛ
hodie in domo tua oportet me manere. festinauit
autem et descendit. et excepit illum gaudens. et cum
uiderent omnes murmurabant dicentes qꝛ
ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem zachæus
dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorum domine
do pauperibus. et si quid aliquid defraudauit reddo
quadruplum. Ait ad eum iesus. Quia hodie salus
domui huic facta est. eo qꝛ ipse filius est abrahæ.
Venit enim filius hominis quærere et saluum facere
qꝛ perierat. Hæc illis audientibus dixit parabolam ad
iacere eo qꝛ esset iherusalem et qꝛ existimarent quod
continuo regnum dei manifestaretur. dixit
ergo. ¶ Homo quidam nobilis abiit in regio-
nem longinquam accipere sibi regnum. ac reuerti
Vocauit autem decem suos dedit eis. x. minas. et ait
ad illos. Negociamini dum uenio. Ciues autem
eius odiebant illum. et miserunt legationem post illum
dicentes. Nolumus hic regnare super nos. et factum
est cum redisset accepto regno iussit uocari suos
quibus dederat pecuniam. ut sciret quantum quisque
negociatus esset. Venit autem primus dicens. Domine
mina tua. x. minas adquisiui. et ait illi. Euge ser-
ue bone qꝛ in modico fidelis fuisti esto potestatem
habens super. x. ciuitates. et alter uenit dicens. Domi-
ne mina tua fecit. v. minas. et huic ait. Et tu
super. v. ciuitates. et reliqui uenit dicens. Domi-
ne mina tua quam habui repositam in sudario. timui
enim te. qꝛ homo austerus es. Tollens qꝛ non posuisti.
et metens qꝛ non seminasti. dicit ei de ore tuo te iu-
dico. Serue nequam. sciebas qꝛ ego homo austerus sum.
tollens qꝛ non posui. et metens qꝛ non seminauiꝛ.
quare non dedisti pecuniam meam ad mensam.
et ego ueniens cum usuris utique exigissem illam.
et astantibus dixit. Auferte ab eo minam. et date illi
qui. x. minas habet. et dixerunt illi. Domine habet. x. minas.
dico autem uobis qꝛ omni habenti dabitur. et habundabit.
ab eo autem qui non habet. etiam quod habet auferetur ab eo. Verumtamen
inimicos meos illos qui noluerunt me regnare
super se. adducite huc. et interficite ante me. hæc cum
dixisset. ¶ Ascendit iesus iherosolima. et factum
est cum appropinquasset ad bethphage et bethania
ad montem qui dicitur oliueti. misit duos
discipulos suos dicens. Ite in castellum qui contra
uos est. in quo intrantes inuenietis pullum asine
alligatum cui nemo unquam hominum sedit. Solu-
ite illum. et adducite mihi. Et si quis uos interro-
gauerit quare soluitis. sic dicetis ei. qꝛ dominus operam
eius desiderat. Abierunt autem qui missi erant. et
inuenerunt sicut dixerat illis. et dum soluerent pullum. Solue-
bant eum. autem illius pullum. dixerunt domini eius ad illos. qꝛ
soluitis pullum. At illi dixerunt. qꝛ dominus eius non ne-
cessitatem habet. ¶ Adduxerunt illum ad iesum. et iecerunt
suis uestimenta sua super pullum et imposuerunt
iesum. Cum autem ire sub sternebant uestimenta

Gen. xxxv.
Matt. xxxii.
Mar. xlii.
Ez. xxxii.
Jud. xvi.
Matt. xxvi.
Io. xxxvii.
adeo. i. nihil xlii.
Gregorius super Ezechiel. Sanctorum corpora sunt sub altari mutatis corporibus abscondere.
Matt. lxx.
Mar. xxxi.
Io. xxxii.

Luc. xi. f.

Luc. xx.

Matt. lxx. Mar. xxxvi. Lo. vi.

Matt. lxxi. Mar. xxxvi.

Matt. lxxii. Mar. xxxvii.

Luc. xiii. Matt. lxxiii.

Matt. lxxiii. Mar. xxxviii.

Matt. lxxiv. Mar. xxxix.

Matt. lxxv. Mar. xl.

Deu. vi.

Deu. xxxvii. Dng. xx.

Ps. xxxii.

suam in uia. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis oliueti: cepit omne multitudo discipulorum gaudentes laudare deum uoce magna super omnibus quibus uiderant uirtutibus dicentes. Benedictus qui uenit in nomine domini. Pax in celo et gloria in excelsis. Et quidam pharisei de turbis dixerunt ad illum. Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait. Dico uobis quia si hi tacuerint lapides clamabunt. ¶ Et ut appropinquauit uidit ciuitatem. fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses et tu quidem in hac die tua quæ ad pacem tua. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te. et circumdabunt te inimici tui uallo. et circumdabunt te. et coangustabunt te undique. et ad terram prosternent te. et filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem eo quod non cognouisses tempus uisitationis tuæ. ¶ Et ingressus in templum cepit eicere uendentes in illo et ait eis dicens. Scriptum est domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam spelunca latronum. Et erat docens cotidie in templo. Primi autem sacerdotum et scribæ. et principes plebis quærebant illum perdere. et non inuenebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. Et factum est in una dierum docente illo populum in templo. et euangelizante: conuenerunt principes sacerdotum et scribæ cum senioribus. et dixerunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hæc facis: aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem: Respondens autem dixit ad illos. Interrogabo uos et ego unum uerbum. Respondete mihi. Baptismus iohannis de celo erat an ex hominibus: At illi cogitabant intra se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet. Quare ergo non credidistis ei: Si autem dixerimus ex hominibus: plebs uniuersa lapidabit nos. certi sunt enim iohannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et ait illis. Neque ego dico uobis in qua potestate hæc facio. Septimam autem dixit ad plebem parabolam hanc. ¶ Homo plantauit uineam. et locauit eam aliis colonis. et peregre fuit multis temporibus. Et in tempore misit ad colonos uinee seruum ut de fructu dederent illi. Qui seruum demiserunt illi uacuum. Et addidit alium seruum mittere. Illi autem hic quoque cedentes. et afficientes contumelia. dimiserunt uacuum. Et addidit tertium mittere. Qui et hunc uulnerantes eiecerunt. Quid faciam: Mittam filium meum dilectum. forsitan cum hunc uiderint uerebuntur. Hunc cum uidissent coloni: cogitauerunt inter se dicentes. Hic est heres. occidamus illum. ut nostra fiat hereditas. Et eiecerunt illum extra uineam et occiderunt. Quid igitur faciet illis dominus uineæ: Veniet. et perdet colonos istos. et dabit uineam aliis. Hoc audientes dixerunt illi. absit. Ille autem aspiciens eos ait. Quid est hoc quod scriptum est. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. Omnis qui ceciderit super illum lapidem conquassabitur. Super quem autem ceciderit comminuet illum. Et quærebant principes sacerdotum et scribæ mittere in illum manus illa hora. et timuerunt populum. Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam. ¶ Observantes misserunt insidiatores qui se iustos fingerent. ut caperent illum in sermone. Et tradere illum principatui et potestati præsidis. Et interrogauerunt illum dicentes. Magister scimus quia recte dicis. et recipis personam nostram: et iustitiam uiæ dei doces. Licet nobis dare tributum cesari an non: Considerans autem dolum illorum dixit ad eos. Quid me tentatis: Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem. et superscriptionem: Respondentes dixerunt ei. Cesaris. Et ait illis. Reddite ergo quæ sunt cesaris cesari. et quæ sunt dei deo. et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe. Et mirati in responsione eius tacuerunt. ¶ Accesserunt autem quidam sadducæorum qui negant esse resurrectionem. et interrogauerunt eum dicentes. Magister moyses scripsit nobis. Si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem. et hic sine filiis fuerit. ut accipiat eam frater eius uxorem. et suscitet semen fratri suo. Septem fratres ergo erant. et primus accepit uxorem. et mortuus est sine filio. Et secundus accepit illam. et ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam similiter. Nec omnes septem non reliquerunt semen. et mortui sunt. Novissima omnium mortua est mulier. In resurrectione ergo cum surrexerit uxor cuius erit de septem. Omnes enim habuerunt eam uxorem. Et ait illis iesus. Filii huius sæculi nubunt et nubentur. Ad nupturas illi uero qui digni habebuntur sæculo illo. et resurrectione ex mortuis. neque nubent. neque ducent uxores. neque ultra mori potuerunt. Quia æquales angelis sunt. et filii sunt dei. cum sint filii resurrectionis. Quia uero sunt mortui resurgunt. Moyses et ostendit secus rubum sicut dicit dominum deum abraham. deum isaac. et deum iacob. Deus autem non est mortuorum sed uiuorum. Omnes enim uiuunt ei. Respondentes autem quidam scribæ dixerunt. Magister bene dixisti. et amplius non audebant eum quicquam interrogare. ¶ Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt christum filium dauid esse. cum ipse dauid dicat in libro psalmorum. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. dauid ergo dominum illum uocat. et quomodo filius eius est. Audiente autem omni populo. dixit discipulis suis. Attendite a scribis qui uolunt ambulare in stolis. et amant salutationes in foro. et primas cathedras in synagogis. et primos discubitus in conuiuiis. Qui deuorant domos uiduarum. simulantes longam orationem. hi accipient damnationem maiorem. ¶ Respiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazo

philetum diuitem. Vidit autem et quidam uidu-
am pauperculam mittentem ea in mitte a
duo. et dixit. Vere dico uobis quia hec
pauper plus omnibus mittit. Omnes enim hi de
habundanti sibi miserunt munera dei.
hec autem de egestate sua omnem victum suum
quem habuit misit. Et quibusdam dicentibus de
templo quia lapidibus bonis et donis ornatum
est. dixit. Hec quæ uidetis. uenient dies in qui-
bus non relinquetur lapis super lapidem. quod non destru-
atur. Interrogabant autem illum dicentes. Præ-
ceptor quando hec erunt. et quod signum cum fieri in
apicem. Qui dixit. Videte ne seducamini
multi enim uenient in nomine meo dicentes.
quia ego sum. et tempus appropinquabit. Nolite
ergo ire post illos. Cum autem audieritis
prelia et seditiones. nolite terreri. oportet enim
primum hec fieri. sed non dum statim finis.
Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem
et regnum adversus regnum. et terremotus
magni erunt per loca et pestilentiæ et fames.
terroresque de celo. et signa magna erunt. sed
ante omnia hæc mittent uobis manus suas.
et persequentur tradentes in synagogas. et custodi-
as. trahentes ad reges et presides propter nomen
meum. Continget autem uobis in testimoni-
um. ponite ergo in cordibus uestris non meditari
quomodo respondeatis. Ego enim dabo uobis os. et
sapiam. cui non possunt resistere. et contradicere omnes
adversantes uobis. Tradentur autem a parentibus et
fratribus. et cognatis. et morte afficient ex uobis.
et eritis odio omnibus propter nomen meum. et capillus
de capite uestro non peribit. In patientia uestra possidebi-
tis animas uestras. Cum autem uideritis eccu
dantem abominationem desolationis. quæ dicta
est a daniele propheta. stantem in loco sancto. qui legit
intelligat. tunc qui in iudea sunt fu-
giant in montem. et qui in medio eius discedat.
et qui in agris non intrent in eam. quoniam hi sunt dies
ultionis. ut impleantur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnan-
tibus. et nutrientibus in illis diebus. erit enim pressura magna super terram. et ira
populo huic. et cadent in ore gladii. et capti
ducentur in omnes gentes. et Iherusalem calcabitur
a gentibus. donec impleantur tempora nati-
uum. Et erunt signa in sole. et luna et stellis
et in terra pressura gentium. præ confusione sonitus
maris et fluctuum. arescentibus præ timore et
exspectatione. quæ superuenient uniuerso orbi.
Virtutes enim celorum mouebuntur. et tunc
ostendent filium hominis uenientem in nube
cum potestate magna et maiestate. Hæc autem
si incipientibus fieri. respicite et leuate capita uestra. quia
appropinquat redemptio uestra. et dixit illis similitudi-
nem. Videte ficum. et omnes arbores cum
producunt iam ex fructum ex se scitis quia
prope est estas. Ita et uos cum uideritis hæc fieri
scitote quia prope est regnum dei. Amen dico
uobis. quia non preteribit generatio hæc donec
omnia fiant. Celum et terra transibunt. uer-
ba autem mea non transibunt. Attendite
autem uobis ne forte grauentur corda uestra in
crapula. et ebietate. et curis huius uite.
et superueniat in uos repentina dies illa. tan-
quam laqueus enim superueniet omnibus qui sedent super fa-
ciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore
orantes ut dignum habeamini fugere ista
omnia quæ futura sunt. et stare ante filium hi-
minis. Erat autem docens in templo noc-
tes. et exiens. morabatur in monte quo
catur oliuet. et omnis plebs mane ibat ad eum
in templo audire eum. Appropinquabat
autem dies festus azimorum quæ dicitur pascha.
et quærebant principes sacerdotum et scri-
bæ. quomodo eum interficerent. timebant uero
plebem. Introiuit autem sathanas in iu-
dam qui cognominatur scariothis unum
de xii. et abiit locutus cum principi-
bus sacerdotum. et magistratibus. quomodo
illum traderet eis. et gauisi sunt
et pacti sunt pecuniam illi dare. et spopon-
dit. et quærebat opportunitatem ut traderet
illum sine turbis. Venit autem dies azimo-
rum in qua necesse erat occidi pascha. et misit pe-
trum et iohannem dicens. Euntes parate no-
bis pascha ut manducemus. At illi
dixerunt. Vbi uis paremus. et dixit ad
illos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem.
occurrit uobis homo amphoram portans.
Sequimini eum domum in qua intrat. et dicetis
familiarias domus. Dicit tibi magister. Vbi est
diuersorium ubi pascha cum discipulis man-
ducem. Et ipse uobis ostendet cenaculum
magnum stratum. et ibi parate. Et
cum iterum autem inuenissent sicut dixerat illis. et pa-
rauerunt pascha. Et cum fuerit hora dis-
cubuit. et xii. discipuli cum eo. Et ait illis.
Desiderio desideraui hoc pascha manducare
uobiscum antequam patiar. Dico enim uobis
quia ex hac non manducabo illud donec ipsum
ut impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit.
et dixit. Accipite. et diuidite inter uos. Dico
enim uobis quia non bibam de generatione uitis
donec regnum dei ueniat. Et accepto pa-
ne gratias egit. et fregit. et dedit eis dicens.
Hoc est corpus meum quod pro uobis datur. Hoc
facite in meam commemorationem. Similiter
et calicem postquam cenatum est dicens. Hic ca-
lix nouum testamentum in sanguine meo.
qui pro uobis fundetur. Verumtamen ecce manus

Mat. xxx.
Mar. xxxvii.
Luc. xli. xlii.
Io. xl.
Mat. lxxxi.
Mat. xxvi.
Luc. xxi.
Deu. i. lvi.
Mat. lxxxi.
Luc. xx.
habet
Luc. xxi.
Luc. i. ij.
Ps. c. viii.
Ps. ii.
Ps. xii.
Ps. xxxix.
Ps. xiii.
Luc. xxi.
Ps. xxx. xli.
Mat. lxxxvi.
Mat. xlvi.
Deu. i. lvi.
Io. xxx.
Mat. lxxxiii.
Mat. xlvi.
Mat. lxxxvi.
Mar. xlv.
Deu. i. lvi.

Matt. xxvi.

Matt. xxvi.

Matt. xxvi.
Io. xxiii.
Mar. xii. ℣.
Lc. viii. ℣.

Lc. viii. ℣.

Matt. xxvi.
Io. xviii.

Chasse domnū cōtes
tantū hōmi domini se
sudemoēt, quia ē sūdicat
mōtes, non ego docēt
mōtes sūt sōmēt ē sōn
ūbere ē sūdicat mōtes.

Matt. xxvi.

Matt. xxvi.

Matt. xxvi.

Lc. xxiii.

Lc. xxiii.

Lc. xxiii

remittit eum ad pilatum. Se fecit se annei here
des et pilatus. in ipsa die. nam antea inimici
erant ad inuicem. pilatus autem conuocatis pri
cipibus sacerdotum et magistratibus et plebe dixit
ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem qui auertentem
populum. ecce ego coram uobis interrogauit nullam
causam inuenio in homine isto. ex his quibus eum accusatis.
sed neque herodes. Nam remisi uos ad illum. et ecce
nichil mortis dignum actum est ei. Reprehendam ergo
illum et dimittam. Necesse autem habebat dimit
tere eis per diem festum unum. Exclamauit autem simul
universa turba dicens. Tolle hunc. et dimitte nobis
barabam. qui erat propter seditionem factam in
ciuitate. et homicidium. missus in carcerem.
Iterum autem pilatus locutus est ad illos. volens di
mittere iesum. At illi iterum clamauerunt dicentes. Cru
cifige eum crucifige illum. Ille autem tertio dixit ad
illos. Quid enim mali fecit iste. Nullam causam
mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum et
dimittam. At illi instabant uocibus magnis
postulantes ut crucifigeretur. Et inualescebant
uoces eorum et pilatus adiudicauit fieri
petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter
seditionem factam in ciuitate et homicidium missus fuerat in carcerem. quem
petebant. Iesum autem tradidit uoluntati eorum. Et
cum ducerent eum apprehenderunt simonem
quendam cirenensem uenientem de uilla et
imposuerunt illi crucem portare post iesum. Seque
batur autem illum multa turba populi et mulie
rum. qui plangebant et lamentabantur eum.
Conuersus autem ad illas ait. Filie hierusalem
nolite flere super me. sed super uos ipsas flete et
super filios uestros. quia ecce uenient dies in qui
bus dicetur. Beate steriles. et uentres qui non ge
nerauerunt. et ubera quae non lactauerunt. Tunc in
cipient dicere montibus cadite super nos. et colli
bus operite nos. quia si in uiridi ligno hec fiunt.
in arido quid fiet. Et postquam uenerunt in locum
qui dicitur caluarie. ibi crucifixerunt eum. et latro
nes unum a dextris et alterum a sinistris. Hic
autem dicebat. Pater dimitte illis. non enim sci
unt quid faciunt. diuidentes uero uestimenta
eius miserunt sortem. Et stabat populus
expectans. et derridebant illum principes cum
eis dicentes. Alios saluos fecit. se ipsum sal
uum faciat. si hic est christus dei electus. Illudebant
autem ei milites accedentes. et acetum offe
rentes illi ac dicentes. Si tu es rex iudeorum sal
uum te fac. erat autem superscriptio scripta super
illum. Hecreg greca. latina. et hebraica. hic
est rex iudeorum. Unus autem de his qui pendebant
latronibus blasphemabant eum dicens. Si
tu es xpc saluum fac temetipsum. et nos. Re
dens autem alter increpabat eum dicens. Neque tu
times dm qui in eadem damnatione es. Et nos
quidem iuste nam dignum factis recipimus. hic uero
nil mali gessit. et dicebat ad iesum. Dm memen
to mei cum ueneris in regnum tuum. Et dixit
illi iesus. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.
erat autem fere hora sexta. et tenebre facte sunt in uniu
uersa terra usque ad horam nonam. Et obscurato
est sol. et uelum templi scissum est medium. Et clama
uit iesus uoce magna et ait. Pater in manus tuas
commendo spiritum meum. Et hec cum dixisset expirauit.
Videns autem centurio quod factum fuerat glorificauit
deum dicens. Vere iste homo iustus erat. Et omnis
turba eorum qui simul aderant ad spectaculum
illud. et uidebant quae fiebant. percutientes pec
tora sua reuertebantur. Stabant autem omnes
noti eius a longe. et mulieres quae secu
tae erant a galilea hec uidentes. Et ecce uir
nomine ioseph qui erat decurio uir bonus et iustus
hic non consenserat consilio et actibus eorum. ab a
rimathia ciuitate iudee. qui expectabat regnum
dei. Hic accessit ad pilatum et petiit
corpus iesu et depositum uolutum sindone. Et
posuit eum in monumento excisso in quo nondum
quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceue
et sabbatum illucescebat. Subsecute autem
mulieres quae cum illo uenerant de galilea ui
derunt monumentum. et quomodo positum erat corpus eius. et conuertentes parauerunt
aromata et unguenta. et sabbato quidem siluerunt
secundum mandatum. Una autem sabbati
valde diluculo uenerunt ad monumentum
portantes quae parauerant aromata. inuenie
runt autem lapidem reuolutum a monumento. Et ingressae
non inuenerunt corpus domini iesu ibi. Et factum est dum mes
tae essent de hoc. ecce duo uiri steterunt iuxta illas. in uestibus fulgentibus. Cum timerent
autem et declinarent uultum in terram dixerunt ad
illas. Quid quaeritis uiuentem cum mortuis? non
est hic sed surrexit. Recordamini qualiter locutus
est uobis cum adhuc esset in galilea dicens. quia
oportet filium hominis tradi in manus hominum
peccatorum et crucifigi et die tertia resurgere. et recor
date sunt uerborum eius. et regressae a monumento
nuntiauerunt hec omnia illis undecim et ceteris omnibus.
Erant autem maria magdalene et iohanna et
maria iacobi et ceteri quae cum eis erant quae dicebant
ad discipulos hec. et uisa sunt ante illos sicut deli
ramentum uerba ista. et non credebant illis. petrus
autem surgens cucurrit ad monumentum. et pro
cumbens uidit linteamina posita solaet abi
it secum mirans quod factum fuerat. Et ecce duo ex
illis ibant ipsa die in castellum quod erat stadia
sexaginta ab hierusalem nomine emaus. et ipsi
loquebantur ad inuicem de his omnibus quae acciderant. Et factum est
cum fabularentur et secum quererent.
et ipse iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi au

Gp. bpc.

ex. xxv.

dm. xxiv.

dec. viii.

dec. xi.

dec. xx.

dec. xxiii.

eos. et ne credunt ne eū agnoscant. et ait ad
illos. Qui sunt hi sermones qs conferitis
ad invicem ambulantes. et estis tristes?
et respondens unus an nomī cleophas. dixit
ei. Tu solus peregrinus es in ierusalem. et nō cognou
isti q̄ fēta sunt in illa his diebus? et ait eis. Qnam
ipse dixit. Qui? et dixerunt. De iesu nazare
no. q̄ fuit vir prophēta potens in opere et sermo
ne coram deo et omni plō. et quomodo eum tradide
runt summi sacerdotes et principes
nri in dampnatione mortis. et crucifixerunt
eum. nos autem sperabamus q̄ ipse esset redemp
turus israel. et nunc super his omnibus tertia
dies est hodie q̄ hēc facta sunt. Sed et mulieres ex
nostris terruerunt nos q̄ ante lucem fuerunt ad
monumentum. et non invento corpore eius ue
nerunt dicentes se visionem angelorum vidis
se q̄ dicunt eum vivere. et abierunt quidā
ex nobis ad monumentum: et ita invenerunt
sicut mulieres dixerunt. ipsum autem non inuenerunt
et ipse dixit ad illos. O stulti et tardi
corde ad credendum in omnibus q̄ locuti sunt prophe
te. nonne oportuit pati xpm et ita intrare
in gloriam suam. et incipiens a moyse et omni
bus prophetis interpretabatur illis
in omnibus scripturis q̄ de ipso erant. et appropin
quauerunt castello quo ibant. et ipse se finxit
longius ire. et coegerunt illum dicentes. Mane
nobiscum quoniam advesperascit et inclina
ta est iam dies. et intravit cum illis.
Et factum est dum recumberet cum illis: accepit
panem et benedixit. ac fregit. et porrigebat
illis. et aperti sunt oculi eorum: et cognouerunt eum.
et ipse evanuit ab oculis eorum. et dixerunt ad invicem
nonne cor nostrum ardens erat in nobis
dum loqueretur in via et aperiret nobis scip
turas? et surgentes eadem hora regressi sunt
in ierusalem. et invenerunt undecim congregatos et eos
qui cum illis erant dicentes. q̄ surrexit dominus vere et apparuit
simoni. et ipsi narrabant q̄ gesta erant
in via. et quomodo cognouerunt eum in fractione
panis. dum hēc autem loquerentur. stetit in medio
eorum. et dixit eis. pax vobis. ego sum noli
timere. conturbati autem et pauefacti existimabant
se spiritum videre. et dixit eis. Quid estis
turbati. et cogitationes ascendunt in corda
vestra: videte manus meas. et pedes. quia
ipse ego sum palpate et videte. quia spiritus carnem
et ossa non habet sicut me videtis habere. et cum
hoc dixisset. ostendit eis manus et pedes.
adhuc autem illis non credentibus et mirantibus
pre gaudio dixit. habetis hic aliquid quod
manducetur. at illi obtulerunt ei partem
piscis assi et favum mellis. et cum manduca
sset coram illis sumens reliquias dedit
eis. et dixit ad eos. hi sunt verba mea q̄ locutus sum
vobis cum adhuc essem vobiscum. Quoniam necesse
est impleri omnia q̄ scripta sunt in lege moysi et
prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sen
sum ut intelligerent scripturas. et dixit eis. Quoniam
sic scriptum est. et sic oportebat pati xpm. et resur
gere a mortuis die tertia. et prēdicari in nomine eius penitentiam
et remissionem peccatorum. in omnes gentes.
incipientes ab ierusalem. vos autem estis testes
horum. et ego mittam promissum patris mei in
vos. vos autem sedete in ciuitate. quoadusque indu
amini virtute ex alto. Deduxit autem eos foras
in bethaniam. et elevatis manibus suis benedi
xit eis. Et factum est dum benedicit illis. recessit
ab eis. et ferebatur in celum. et ipsi adorantes
regressi sunt in ierusalem. cum gaudio magno.
et erant semper in templo laudantes
et benedicentes deum. amen.

INCIPIT PROLOGUS

In principio erat verbum. et verbum erat apud deum.
et deus erat verbum. hoc erat in principio apud deum.
omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nihil.
quod factum est in ipso vita erat. et vita erat lux hominum.
et lux in tenebris lucet. et tenebre eam non
comprehenderunt. fuit homo missus a deo. cui nomen
erat iohannes. hic venit in testimonium. ut
testimonium perhiberet de lumine. ut omnes
crederent per illum. non erat ille lumen. sed ut testi
monium perhiberet de lumine. erat lux vera.
quē illuminat omnem hominem venientem in
hunc mundum. in mundo erat. et mundus
per ipsum factus est. et mundus eum non cognouit. in
propria venit. et sui eum non receperunt. Quotquot
autem receperunt eum. dedit eis potestatem filios dei
fieri. his qui credunt in nomine eius. qui non ex sanguī
nibus neque ex voluntate carnis. neque ex voluntate
viri. sed de deo nati sunt. et verbum caro factum
est. et habitauit in nobis. et vidimus gloriam eius. gloriam
quasi unigeniti a patre. plenum gratie et veritatis.
Iohannes testimonium perhibet de ipso. et clamat
dicens. hic erat quem dixi. qui post me venit ante me factus
est. quia prior me erat. et de plenitudine
eius nos omnes accepimus. gratiam pro gratia. quia lex per mo
ysen data est. gratia autem et veritas per ihesum xpm facta est. Deum
nemo vidit unquam. unigenitus filius qui est in sinu
patris ipse enarrauit. et hic est testimonium iohannis. qui
miserunt iudei ab ierusalem sacerdotes et levitas ut
interrogarent eum. tu quis es? et confessus est. et non
negauit. et confessus est. quia non sum ego xpus. et interro
gauerunt eum. quid ergo? helias es tu? et dicit
non sum. propheta es tu? et respondit. non. dixerunt ergo ei.
Quis es ut responsum demus his qui miserunt nos?

Act. 1.

Act. xxxvii.

Cant. vi.

Gen. 27.

Eg. xxii.

Act. iii.
S. e. vii.
Act. vii.

Ps. xcii.
Apocalo. iii.

Ps. cxi.
Ps. xcviii.

I. e. xii. g.
Io. i. iii. viii. g.
Act. xlviii.
Ps. cxxiii. g. dom.
Ps. cxxi.
Ps. xcviii.
Ps. xcii. g. femine
Ios. lxxxviii.

Mar. i.
Luc. viii.
Ps. xxxii.
Act. i.
Ioh. xxx. g.
Ps. xcvi.
Eg. cviii.
Os. cxxviii. g.
Baru. iii. g.
I. e. xii.
Mat. xii. g.
Luc. i. p.
Act. xxxiii. g. hi vobis ostendit
spiritum habere. sicut ipse dixit. et
ipsorum sicut ipse negauit.

Pro hac gratia et qua gaudet natus. recepti sunt alia. ostendit ac tamen non dicit quod prius
accepimus. pro eorum abundantia. dicit.

Quid dicis de ceripo? Ait: Ego uer dicam quia
seruo. Dixit ei uxor eius: Sic dixit ysaias propha.
Et qui multi fiunt. Ceciderunt et plangent. Et mul
tiplicantur eum. Dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu es
xpc. neq; helias. neq; propha. Respondit
eis iohes dicens. Ego baptizo in aq. medius autem
uestrum stetit q. uos nesciuistis. Ipse q. post me uenturus est
q. ante me factus est. cuius ego non sum dignus
ut soluam corrigiam calceamenti. hi in betha
nia trans iordanem ubi erat iohes baptizans. Alia die uidit iohes ihm uenientem
ad se. et ait. Ecce agnus dei. qui tollit peccata mundi. hic est de quo dixi. post me uenit uir qui ante
me factus est quia prior me erat. et ego nesciebam eum.
sed ut manifestetur israel. propter hoc ego in aqua
baptizans. Et testimonium phibuit iohes dicens.
Quia uidi spm descendentem sicut columbam de
celo. et mansit super eum. Et ego nesciebam eum.
Sed qui misit me baptizare in aq. ille mihi dixit. super
quem uideris spm descendentem et manentem super eum hic est
qui baptizat in spu scto. Et ego uidi. et
testimonium phibui. quia hic est filius dei. Alia
die iterum stabat iohes. et ex discipulis eius duo.
et respiciens ihm ambulantem dixit. Ecce agnus
dei. et audierunt eum duo discipuli loquentem.
et secuti sunt ihm. Conuersus autem ihs. et uidit eos
sequentes se dixit eis. Quid quaeritis? Quid diuinitus
eis. Rabi quod dicitur interpretatum magister. ubi habitas?
dicit eis. Venite et uidete. Abierunt et uiderunt ubi
manet. et manserunt apud eum die illo. Hora autem
erat quasi X. Erat autem andreas frater simonis petri unus
ex duobus qui audierant a iohe. et secuti fuerant
eum. Inuenit hic primum fratrem suum simonem et
dicit ei. Inuenimus messiam. quod est interpretatum
xpm. et adduxit eum ad ihm. Intuitus autem eum ihs
dixit. Tu es simon filius bar iona. tu uocaberis ce
phas. quod interpretatur petrus. In crastinum uolu
it exire in galileam. et inuenit philippum. et dixit ei
ihs. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida ci
uitate andree et petri. Inuenit philippus nathana
el. et dixit ei. Quem scripsit moses in lege
et prophete inuenimus ihm filium ioseph a nazareth.
Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliquid bo
num esse? Dicit ei philippus. Veni et uide. Vidit ihs na
thanael uenientem ad se. et dicit de eo. Ecce uere israe
lita in quo dolus non est. Dicit ei nathanael. Unde
me nosti? Respondit ihs. et dixit ei. priusquam te philippus uo
caret cum esses sub ficu. uidi te. Respondit ei nathanael et
ait. Rabi tu es filius dei. tu es rex israel. Respondit ihs
et dixit ei. Quia dixi tibi uidi te sub ficu. credis. maius
hoc uidebis. Et dicit ei. Amen amen dico uobis. ut
videbitis celum apertum. et angelos dei ascendentes
et descendentes super filium hominis. Et die tertia
nupcie facte sunt in cana galilee. et erat mater ihu ibi. Vo
catus est autem ihs et discipuli eius ad nupcias. Et de
fuit uinum. Dicit mater ihu ad eum. Vinum non habent.
Et dicit ei ihs. Quid mihi et tibi mulier? Nondum
uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quod cum
dixerit uobis facite. Erant autem ibi lapides hydrie sex
positi. secundum purificationem iudeorum capientes singu
lis metretas binas. uel ternas. Dicit eis ihs. Impplete
hydrias aq. Et impleuerunt eas usque ad summum.
Et dicit eis ihs. Haurite nunc et ferte architriclino.
et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus
aqm uinum factum. et non sciebat unde esset. ministri autem
sciebant qui hauserant aq. uocat sponsum architri
clinus. et dicit ei. Omnis homo primum bonum
uinum ponit. et cum inebriati fuerint. tunc id quod de
terius est. tu autem seruasti bonum uinum usque ad
hoc. hoc fecit initium signorum ihs in cana galilee.
et manifestauit gloriam suam. et crediderunt in eum
discipuli eius. Post hoc descendit capharnaum
ipse et mater eius. et fratres eius et discipuli eius. et ibi man
serunt non multis diebus. Et prope erat pascha iude
orum. Et ascendit ihs hierosolimam. et inuenit in tem
plo uendentes oues et boues et columbas. et nummu
larios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum
de funiculis omnes eiecit de templo. Oues aq;
et boues. et nummularios effudit. nummos sub
untr. Et his qui columbas uendebant dixit. Auferte
istas hinc. nolite facere domum patris mei domum
negotiationis. Recordati sunt autem discipuli eius quia scrip
tum est. Zelus domus tue comedit me. Respondit
ergo iudei. et dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis
quia hoc facis? Respondit ihs. et dixit eis. Soluite templum
hoc. et tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo
iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est
templum hoc. et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille
autem dicebat de templo corporis sui. Cum autem resur
rexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius
quia hoc dicebat. et crediderunt scripture. et sermoni
quem dixit ihs. Cum autem esset ierosolimis in pas
cha in die festo. multi crediderunt in nomine
eius uidentes signa eius quae faciebat. ipse autem ihs non
credebat semetipsum eis. eo quod ipse nosset omnes.
et quia opus eius non erat ut quis testimonium phibe
ret de homine. ipse enim sciebat quid esset in homine.
Erat autem homo ex phisaeis nicodemus nomine.
princeps iudeorum. hic uenit ad ihm nocte. et dixit ei.
Rabi scimus quia a deo uenisti magister. Nemo
enim potest hec signa facere quae tu facis. nisi fuerit deus cum
eo. Respondit ihs. et dixit ei. Amen amen dico tibi. nisi quis
natus fuerit denuo. non potest uidere regnum dei. Dicit ad
eum nicodemus. Quomodo potest homo natus esse cum sit
senex? Numquid potest iterare in uentre matris suae et renas
ci? Respondit ihs. Amen amen dico tibi. nisi quis
renatus fuerit ex aq. et spu scto. non potest introire in
regnum dei. Quia natum est ex carne caro est. et quod
natum est ex spu spus est. Non mireris quia dixi tibi oportet
uos nasci denuo. Spus ubi uult spirat. et uocem eius
audis. sed nescis unde ueniat. aut quo eat. Sic est omnis qui natus est ex spu.

audit. sed nescis unde uenit. et quo uadit. sic est
omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nicodemus
et dixit ei. Quomodo possunt hæc fieri. Respondit
ihesus et dixit ei. Tu es magister israel. et hæc ignoras.
Amen amen dico tibi quia quod
nouimus loquimur. et testimonium nostrum non
accipitis. Si terrena dixi uobis. et non creditis.
quomodo si dixero uobis celestia credetis. Et ne
mo ascendit in celum. nisi qui descendit de celo
filius hominis qui est in celo. Sicut moyses exal
tauit serpentem in deserto. ita exaltari
filium hominis. ut omnis qui credit in ipsum non
pereat. sed habeat uitam eternam. Sic enim dilexit
deus mundum ut filium suum unigenitum
daret. ut omnis qui credit in eum non pereat.
sed habeat uitam eternam. Non enim misit deus fi
lium suum in mundum ut iudicet mundum.
sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit
in eum non iudicatur. qui autem non credit. iam iudi
catus est. quia non credit in nomine unigeniti filii di
ei. Hæc est autem iudicium. quia lux uenit in mundum.
et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.
erant enim eorum mala opera. omnis enim qui male
agit odit lucem. et non uenit ad lucem. ut non
arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem. uenit
ad lucem. ut manifestentur opera eius. quia in
deo sunt facta. Post hæc uenit ihesus et discipuli eius in
iudeam terram. et illic demorabatur cum eis.
et baptizabat. erat autem et iohannes baptizans in
aenon iuxta salim. quia aquæ multæ erant illic. et
ueniebant. et baptizabantur. Nondum enim mis
sus erat in carcerem iohannes. Fuit ergo quæstio ex disci
pulis iohannis cum iudeis de purificatione. nec
nominat ad iohannem et dixerunt ei. Rabi. qui erat
tecum trans iordanem cui tu testimonium perhibuisti.
ecce hic baptizat. et omnes uenerunt ad e
um. Respondit iohannes et dixit. Non potest homo accipere
quicquam. nisi fuerit ei datum de celo. ipse uos
michi testimonium perhibetis quia dixi ego non
sum christus. sed quia missus sum ante illum. Qui habet
sponsam. sponsus est. amicus autem sponsi qui stat
et audit eum gaudio. gaudet propter uocem sponsi. hi
ergo gaudium meum impletum est. illum oportet
crescere. me autem minui. Qui de sursum ue
nit super omnes est. qui est de terra. de terra est. et de terra
loquitur. Qui de celo uenit. super omnes est. et quod
uidit et audiuit hoc testatur. et testimonium
eius nemo accipit. Qui autem accepit eius testimonium
signauit quia deus uerax est. Quem enim misit deus
uerba dei loquitur. non enim ad mensuram dat
deus spiritum. pater diligit filium. et omnia dedit in manu eius.
Qui credit in filium habet uitam eternam. Qui
autem incredulus est filio. non uidebit uitam. sed ira
dei manet super eum. Et ergo cognouit ihesus quia
audierunt pharisei quia ihesus plures discipulos
facit et baptizat quam iohannes. quamquam ihesus non bap
tizaret. sed discipuli eius. Reliquit iudeam et
abiit iterum in galileam. oportebat autem eum tran
sire per samariam. Venit ergo in ciuitatem
samarie quæ dicitur sichar. iuxta prædium quod dedit ia
cob ioseph filio suo. erat autem ibi fons iacob.
ihesus autem fatigatus ex itinere. sedebat sic super fon
tem. hora erat quasi sexta. uenit mulier de samaria ha
urire aquam. dicit ei ihesus. da mihi bibere. discipuli enim
eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent. Dicit
ergo ei mulier samaritana. Quomodo
tu cum iudeus sis bibere a me poscis. que sum
mulier samaritana. Non enim coutuntur iudei
samaritanis. Respondit ihesus et dixit ei. Si scires donum
dei. et quis est qui dicit tibi da mihi bibere. tu forsitan ab
eo petisses. et dedisset tibi aquam uiuam. dicit ei
mulier. Domine neque in quo haurias habes et
puteus altus est. unde ergo habes aquam uiuam.
numquid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum. et ipse ex eo
bibit et filii eius. et pecora eius. Respondit ihesus et
dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum.
Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non
sitiet in æternum. sed aqua quam ego dabo ei fiet
in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Dicit
ei mulier. Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam.
neque ueniam huc haurire. Dicit ei ihesus. Uade
et uoca uirum tuum. et ueni huc. Respondit mu
bant. hic est xpc. Quidam autem dicebant. nun
quid a galilea xpc uenit. nonne scriptura
dicit. quia ex semine dauid de bethleem ca
stello ubi erat dauid uenit xpc. Dissensio
igitur facta est in turba propter eum. Quidam autem ex
ipsis uolebant apprehendere eum. sed nemo mi
sit super eum manus. Venerunt ergo ministri
ad pontifices & pharisaeos. & dixerunt eis. Ut
quid non adduxistis eum. Responderunt ministri. Nun
quam sic loquutus est homo. sicut hic homo loquitur.
Responderunt ergo eis pharisei. numquid & uos seducti estis.
numquid aliquis ex principibus credidit in eum. aut ex pharisaeis.
Sed turba hoc quae non nouit legem maledicti sunt.
Dicit nichodemus ad eos. ille qui
uenit ad eum nocte. qui unus erat ex ipsis.
numquid lex nostra iudicat hominem. nisi
audierit ab ipso prius. & cognouerit quid fa
ciat. Responderunt. & dixerunt ei. numquid & tu
galileus es. Scrutare scripturas. & uide.
quia propheta a galilea non surgit. Reuersus est
unusquisque in domum suam. Ihs autem
perrexit in montem oliueti. Et diluculo rursum

uenit in templum. & omnis plebs uenibat ad
eum. & sedens docebat eos. Adducunt autem
scribae & pharisaei mulierem in adulterio deprehensam.
& statuunt eam in medio. & dicunt ei.
magister. hanc mulierem modo deprehensam esse in ad
ulterio. In lege autem moyses mandauit nobis
huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis. hoc
autem dicebant tentantes eum. ut possent
accusare eum. Ihs autem inclinans se deorsum
digito scribebat in terra. Cum persisterent
interrogantes eum: erexit se. & dixit eis. Qui
sine peccato est uestrum primus in illam lapidem
mittat. & rursum se inclinans scribebat in terra.
Audientes autem unus post unum exi
bant. incipientes a senioribus. & remansit
solus. & mulier in medio stans. Erigens
autem se ihs dixit ei. Mulier ubi sunt qui te
accusabant. nemo te condempnauit.
Quae dixit. Nemo domine. Dixit autem ihs. Nec
ego te condempnabo. Vade. & amplius ne
uolis peccare. Rursum ergo locutus est eis ihs di
cens. Ego sum lux mundi. Qui sequitur
me non ambulat in tenebris. sed habebit lumen
uitae. Dixerunt ergo pharisei. Tu de te ipso testimo
nium phibes. testimonium tuum non est uerum.
Respondit ihs. & dixit eis. Et si ego testimonium
phibeo de me ipso. uerum est testimonium meum.
quia scio unde uenerim. & quo uadam. Vos autem
nescitis unde uenerim. & quo uadam. Vos secundum
carnem iudicatis. ego non iudico quemquam. Et
si iudico ego. iudicium meum uerum est.
quia solus non sum. sed ego. & qui misit me
pater. Et in lege uestra scriptum est. quia duorum ho
minum testimonium uerum est. Ego sum qui
testimonium phibeo de me ipso. & testimo
nium phibet de me qui misit me pater.
Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus. Respondit ihs.
neque me scitis. neque patrem meum. Si me
scietis. fortasse patrem meum scietis.
hoc uerba locutus est in gazophilacio docens
in templo. & nemo apprehendit eum. quia nondum
uenerat hora eius. Dixit ergo iterum
eis ihs. Ego uado. & quaeretis me. & peccato
uestro moriemini. quo ego uado uos non
potestis uenire. Dicebant ergo iudei. Numquid
interficiet se ipsum. quia dicit. quo ego uado uos
non potestis uenire. Et dicebat eis. Vos de or
su estis. ego de supernis sum. Vos de mundo
hoc estis. ego non sum de hoc mundo. Dixi
ergo uobis. quia moriemini in peccatis uestris.
Si enim non credideritis. quia ego sum. mori
emini in peccatis uestris. Dicebant ergo ei. Tu quis
es. Dixit eis ihs. principium. qui & loquor
uobis. multa habeo de uobis loqui & iudi
care. Sed qui misit me uerax est. Ego quae au
di ab eo hec loquor in mundo. Non cog

Mat. xiiij. d. Illi d clamore orentes istu de clamor dicen
T. e. d. xxij
Vl. chrij. Ipo. ult.
S. e. viii.
Leo. xxii. xxiii.
T. e. ult.
Mat. iii.
Ex. cxvii. Ad. vi.
S. e. i. Apoc. i. viii. T. e. xx.
S. e. xii. R. Io tuus qui pro uim uenio. i. post testio omnis est Apostere.
S. e. iii.
T. e. viii. d.
S. e. d.
Deu. xxxvi.
S. e. vi.
S. e. xviii. d.
T. e. xii.
S. e. iii.
S. e. iii. iii.

nouimus q: pcm est dicebat dm. Dic ergo est
ille. Cum exaltaueritis filium hominis tunc
cognoscetis q: ego sum. et a me ipo facio nich.
Sed sicut docuit me pr: hæc loquor. Et qui misit me
mecum est. non reliquit me solum. q: q: placita
sunt ei facio semp. ¶ Hæc illo loquente multi
crediderunt in eum. Dicebat ergo iudeis ad eos
qui crediderunt ei iudeos. Si uos manseritis in
sermone meo uere discipuli mei estis. et cog-
noscetis ueritatem. et ueritas liberabit uos. Res-
ponderunt ei. Semen abrahe sumus. et nemini
seruimus unquam. quomodo tu dicis liberi
eritis. Dixit eis ihs. Amen amen dico uobis q: omis q:
facit peccatum: seruus est peccati. Seruus autem non
manet in domo in eternum. filius manet
in eternum. Si ergo filius uos liberauerit: uere
liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis. sed
quæritis me interficere. q: sermo meus non capit in
uobis. Ego q: uidi apud patrem meum loquor.
et uos q: audistis apud patrem uestrum facitis. Respon-
derunt et dixerunt ei. ¶ Pater noster abraham est. Dicit eis ihs.
Si filii abrahe estis: opa abrahe facite. Nunc
autem quæritis me hominem uerum qui ueritatem lo-
cutus sum uobis. quam audiui a deo. hoc abraham
non fecit. Vos facitis opa patris uestri. Dixerunt itaq;
ei. Non ex fornicatione nati sumus. unum pa-
trem habemus deum. Dixit ergo eis ihs. Si deus pater uester
esset: diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi et
ueni. Neq; enim a me ipo ueni. sed ille me misit.
Quare loquelam meam non cognoscitis q: non po-
stis audire sermonem meum. Vos ex patre diabo-
lo estis: et desideria patris uestri uultis facere. Ille ho-
micida erat ab initio. et in ueritate non stetit. quia non est
ueritas in eo. Cum loquitur mendacium ex suis
propriis loquitur: quoniam mendax est et pater eius. Ego autem q:
ueritatem dico. non credistis mihi. ¶ Quis ex
uobis arguet me de peccato: Si ueritatem dico:
quare uos non auditis. qui ex deo non estis. Ideo uestri
non audiunt. respondentes iudei dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos
q: samaritanus es tu. et demonium habes. Re-
spondit ihs. Ego demonium non habeo. sed honorifico
patrem meum. et uos inhonorastis me. Ego autem
non quero gloriam meam. est qui quirat et iudicet.
Amen amen dico uobis: si quis sermonem meum
seruauerit: mortem non uidebit in eternum. Dixe-
runt ergo iudei. Nunc cognouimus q: dæmo-
nium habes. abraham mortuus est. et prophete etiam
dicis. si quis sermonem meum seruauerit: mortem
non gustabit in eternum. Numquid tu maior es pa-
tre nostro abraham qui mortuus est. et prophete mor-
tui sunt. Quem te ipsum facis. Respondit ihs. Si
ego glorifico me ipsum: gloria mea nihil est. Est pater
meus qui glorificat me. quem uos dicitis q: deus uester
est. et non cognouistis eum. Ego autem nouum eum. Et si
dixero q: non nouum eum: ero similis uobis men-
dax. Sed scio eum. et sermonem eius seruo. Abraham
pater uester exultauit ut uideret diem meum: et uidit
et gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinq;
ginta annos non dum habes. et abraham ui-
disti. Dixit eis ihs. Amen amen dico uobis: antequam
abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapi-
des: ut iacerent in eum. Ihs autem abscondit se: et exiuit
de templo. ¶ Et præteriens uidit hominem
cecum a natiuitate. et interrogauerunt eum discipuli
eius. Rabi. quis peccauit. hic aut parentes eius
ut cecus nasceretur. Respondit ihs. Neq; pa-
rentes eius. sed ut manifestentur opa dei in illo.
Me oportet operari opa eius q: me misit: donec
dies est. Venit nox qua nemo potest operari. q: diu
sum in mundo. lux sum mundi. hæc cum dixis-
set: exputuit in terram. et fecit lutum ex sputo.
et linuit lutum super oculos eius. et dixit ei. Vade
et lauare in natatoria siloe. q: interpretatur missus.
abiit et lauit. et uenit uidens. Itaq; uicini et
q: uiderant eum prius q: cecus esset: dicebant. Nonne
hic est qui sedebat. et mendicabat: Alii dicebant
q: hic est. Alii autem negabant. sed similis est eius. Ille
autem dicebat q: ego sum. Dicebant ergo ei.
Quomodo aperti sunt oculi tui: Respondit. Ille homo
qui dicitur ihs. lutum fecit. et linuit oculos meos. et
dixit mihi. Vade ad natatoriam siloe. et lauare. et
abui. et lauit. et uidi. Dixerunt ei. Ubi est ille: Ait
nescio. Adducunt eum ad phariseos qui cecus
fuerat. Erat autem sabbatum. quando lutum fecit ihs.
et aperuit oculos eius. ¶ Rursum ergo interrogabant
eum pharisei quomodo uidisset. Ille autem dixit eis. Lu-
tum posuit mihi super oculos. et lauo. et uideo. Dice-
bant ergo ex pharisei quidam. Non est hic ho-
mo a deo q: sabbatum non custodit. Alii dicebant. Quo-
modo potest homo peccator hæc signa facere: Et scis-
ma erat inter eos. Dicunt ergo cecomo. Tu quid
dicis de eo qui aperuit oculos tuos. Ille autem
dixit q: propheta est. ¶ Non crediderunt iudei de
illo quia cecus fuisset. et uidisset: donec uocarent
uiri parentes eius. qui uidebant. interrogauerunt
eos dicentes. Hic est filius uester q: uos dicitis q: ce-
cus natus est: quomodo ergo nunc uidet: Respo-
dent eis parentes eius et dixerunt. Scimus q: hic fi-
lius noster est. et q: cecus natus est. Qui autem nunc uide-
at nescimus. Aut quis aperuit oculos eius nos-
tros nesciimus. Ipsum interrogate. etatem habet. de se loquitur. Hæc dixerunt
parentes eius. q: timebant iudeos. Iam enim
conspirauerant iudei. ut si quis eum confite-
retur esse xpm: extra synagogam fieret. propter
parentes eius dixerunt. q: etatem habet ipsum inte-
rogate. ¶ Vocauerunt ergo rursum hominem
qui fuerat cecus. et dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos
scimus q: hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si
peccator est nescio. Unum scio. q: cecus cum

s. c. m.

adh. ui
leu. bxxxix.
adiu. xv.
pe. u. v.
leu. bxxx. bxxxix.

ps. i. cbxx.
p. xxvii.

xp. cbxxvi.

leu. bxxx. et
xp. cbxxvi.

actu. v. xxxvii.
actu. xxvi.

sap. xxi.

xp. xxv.

modo iudeo. Dixerunt ergo illi. Quid fecit
tibi quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis
iam audistis. quid iterum vultis audire. Nunquid
vos vultis discipuli eius fieri. Tunc dixerunt
ei. dixerunt. Tu discipulus illius. nos autem moysi
sumus discipuli. Scimus quia moysi locutus
est dominus deus. hunc autem nescimus. unde sit.
Respondit ille homo. dixit eis. In hoc enim mirabile est
quod vos nescitis. unde sit. et aperuit mihi oculos
meos. Scimus enim quia peccatores deus non audit. si
quis timorat. et voluntatem eius faciat hunc
audit. A sæculo non auditum est quia aperuit quis oculos
cecimati. Nisi esset hic a deo non poterat facere quic
quam. Respondentes dixerunt ei. In peccatis natus es
totus. et tu doces nos. Et eiecerunt eum foras.
Audiuit ihesus quia eiecerunt eum foras. et cum inue
nisset eum dixit ei. Tu credis in filium dei. Re
spondit ille. et dixit. Quis est domine ut credam in eum.
Et dixit ei ihesus. Et vidisti eum. et qui loquitur
tecum ipse est. At ille ait. Credo domine. et procidit
adorauit eum. Dixit ihesus. In iudicium iudi
cium ego in hunc mundum veni. ut qui non
videant videant. et qui videant ceci fiant. Et
audierunt ex phariseis qui cum ipso erant. Dixe
runt ei. Numquid nos cecati sumus? Dixit
eis ihesus. Si cecci essetis non haberetis peccatum. Sed nunc quia
dicitis. quia videmus peccatum vestrum manet. Amen
amen dico vobis qui non intrat per hostium in ouile o
uium. sed ascendit aliunde. ille fur est latro. Qui
autem intrat per hostium. pastor est ouium. huic hostia
rius aperit. et oues vocem eius audiunt. et proprias
oues vocat nominatim. et educit eas. Et cum omnes
oues suas emiserit ante eas uadit. et oues illum se
quuntur. quia sciunt vocem eius. Alienum autem non
sequuntur. sed fugiunt ab eo. quia nesciunt vocem
alienorum. Hoc proverbium dixit illis ihesus. Illi autem non
cognouerunt quid loquebatur eis. Dixit ergo eis
iterum ihesus. Amen amen dico vobis. quia ego sum hostium
ouium. Omnes quotquot venerunt. fures sunt
latrones. sed non audierunt eos oues. Ego sum
hostium ouium. per me si quis introierit sal
uabitur. et ingredietur. et egredietur. et pas
cua inuenient. Fur non venit nisi ut furetur.
et mactet. et perdat. Ego autem venit ut habeant
uitam habeant. et abundantius habeant. Ego sum pastor
bonus. Bonus pastor animam suam dat pro
ouibus suis. Mercenarius autem qui non est pastor
cui non sunt oues proprie. uidet lupum uenientem
et dimittit oues. et fugit. Et lupus rapit. et
dispergit oues. Mercenarius autem fugit. quia
mercenarius est. et non pertinet ad eum de ouibus. Ego
sum pastor bonus. et cognosco meas. et cognos
cunt me meae. Sicut nouit me pater. et ego agno
sco patrem. et animam meam pono pro ouibus
meis. et alias oues habeo quas non est ex hoc ouili.
illas oportet me adducere. et uocem meam audient.
et fiet unum ouile. et unus pastor. Propterea me
pater diligit. quia ego pono animam meam. ut iterum
sumam eam. Nemo tollit eam a me. sed ego po
no eam a me ipse. potestatem habeo ponendi eam. et
potestatem habeo iterum sumendi eam. hoc mandatum
accepi a patre meo. Dissensio iterum facta est inter
iudeos propter sermones hos. dicebant autem multi ex
ipsis. Demonium habet. et insanit. Quid eum audi
tis. Alii autem dicebant. Hæc uerba non sunt demonium
habentis. Nunquid demonium potest oculos cecorum aperire.
Factum autem est encenia in hierosolimis. et hiems
erat. et ambulabat ihesus in templo in porticu Sa
lomonis. Circumdederunt eum iudei. et dice
bant ei. Quousque animam nostram tollis. Si tu es
christus dic nobis palam. Respondit eis ihesus. Loquor uo
bis. et non credimini. Opera quæ ego facio in nomine patris mei.
hæc testimonium perhibent de me. sed uos non credi
tis. quia non estis ex ouibus meis. Oues meae uocem
meam audiunt. et ego cognosco eas. et sequun
tur me. et ego intram do eis. et non peribunt in æternum.
et non rapiet quisquam de manu mea. Pater meus qui dedit
mihi maius est omnibus. et nemo potest rapere de manu pa
tris mei. Ego et pater unum sumus. Sustulerunt
lapides iudei ut lapidarent eum. Respondit eis ihesus.
Multa opera bona ostendi uobis ex patre meo.
propter quem me lapidatis? Responderunt iudei ei de
bono opere non lapidamus te. sed de blasphemia.
et quia tu cum sis homo. facis te ipsum deum. Respondit eis ihesus.
Nonne scriptum est in lege uestra. quia ego dixi dii estis.
Si illos dixit deos. ad quos sermo dei factus est. et non
potest solutum esse scriptum. quem pater sanctificauit. et misit in mun
dum. uos dicatis quia blasphemas. quia dixi filius dei
sum. Si non facio opera patris mei. nolite credere mihi.
Si autem facio. et si mihi non uultis credere. opibus cre
dite. ut cognoscatis. et credatis quia in me est pater. et ego
in patre. Quærebant autem eum apprehendere. et exiit
de manibus eorum. et abiit iterum trans iordanem in eo
locum. ubi erat iohannes primum baptizans. et man
sit ibi. et multi uenerunt ad eum. et dicebant. quia
iohannes quidem signum fecit unum. Omnia autem quæcumque dixit
iohannes de hoc uera erant. et multi crediderunt in eum.
Erat autem quidam languens
lazarus a bethania de castello mariæ et mar
thæ sororis eius. Maria autem erat quæ unxit dominum
unguento. et exterso pedes eius capillis suis.
cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo
sorores eius ad eum dicentes. Domine ecce quem
amas infirmatur. Audiens autem ihesus dixit eis. Infir
mitas hæc non est ad mortem. sed pro gloria dei. ut glori
ficetur filius dei per eum. Diligebat autem ihesus mar
tham. et sorores eius et lazarum. Ut ergo
audiuit quia infirmatur. tunc quidem mansit in
eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc dixit dis

pulis suis. Eamus et nos cum eo. Dicunt ei
discipuli. Rabbi. nunc quærebant te iudei lapida
re. et iterum vadis illuc. Respondit Ihesus. Nonne
sunt dies duodecim diei. Si quis ambulauerit in die non offen
dit. quia lucem huius mundi videt. Si autem
ambulauerit in nocte offendit. quia lux non est in eo.
Hæc cum dixisset. post hæc dicit eis. Lazarus amicus nos
ter dormit. sed vado ut a somno excitem illum.
Dixerunt ergo discipuli eius. Domine si dormit sal
uus erit. Dixerat autem Ihesus de morte illius. Illi
autem dixerunt putauerunt quia de quiete
somni dicit. Tunc ergo dixit eis Ihesus manifes
te. Lazarus mortuus est. et gaudeo propter vos
ut credatis quia non eram ibi. sed eamus ad eum.
Dixit ergo thomas qui dicitur didimus. ad discipulos.
Eamus et nos moriamur cum eo. Venit ergo Ihesus
et inuenit eum. iam quattuor dies habentem in
monumento. Erat autem bethania iuxta hierusalem
quasi stadiis. xv. Multi autem ex iudeis venerant
ad martham et mariam ut consolarentur eas
de fratre suo. Martha ergo ut audiuit quia Ihesus ue
nit occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit
ergo martha ad Ihesum. Domine si fuisses hic frater
meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quæcumque
poposcero a deo dabit tibi deus. Dicit illi Ihesus. Resur
get frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget
in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Ihesus. Ego
sum resurrectio et vita. Qui credit in me etiam si
mortuus fuerit uiuet. et omnis qui uiuit et credit
in me. non morietur in æternum. Credis hoc. Ait illi.
Vtique domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei uiui
qui in hunc mundum venisti. Et cum hæc dixis
set. abiit et uocauit mariam sororem suam
silentio dicens. Magister adest. et uocat te. Illa
dum audiuit surgit cito. et ue
nit ad eum. Nondum enim ueniebat Ihesus in ca
stellum. sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei
martha. Iudei igitur qui erant cum ea in domo.
et consolabantur eam. cum uidissent mariam quia
cito surrexit. et exiit. secuti sunt eam dicentes. quia
uadit ad monumentum. ut ploret ibi. Maria
ergo cum uenisset ubi erat Ihesus. uidens eum cecidit
ad pedes eius. dixit ei. Domine si fuisses hic. fra
ter meus non esset mortuus. Ihesus ergo ut uidit eam plo
rantem. et iudeos qui uenerant cum ea plorantes.
fremuit spiritu. et turbauit semet ipsum. et dixit. Vbi
posuistis eum. Dicunt ei. Domine uenit et uide. Et la
crimatus est Ihesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quo
modo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixe
runt. Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati
facere ut hic non moreretur. Ihesus igitur rursus
fremens in semet ipso. uenit ad monumen
tum. Erat autem spelunca. et lapis superpositus
erat ei. Ait Ihesus. Tollite lapidem. Dicit ei
martha soror eius qui mortuus fuerat do
mine iam fœtet. quatriduanus enim est. Dicit ei
Ihesus. Nonne dixi tibi quia si credideris uidebis
gloriam dei. Tulerunt igitur lapidem. Ihesus autem
eleuans sursum oculos dixit. Pater gratias ago tibi
quia audisti me. ego autem sciebam quia
semper me audis. sed propter populum qui circumstat
dixi. ut credant quia tu me misisti. Hæc cum
dixisset. uoce magna clamauit. Lazare
ueni foras. et statim prodiit qui erat mortuus
ligatis pedibus et manibus mandatis. et facies illius
sudario erat ligata. Dicit eis Ihesus. Soluite
eum. et sinite abire. Multi ergo ex iudeis
qui uenerant ad mariam et uiderunt quæ fecit.
crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abi
erunt ad phariseos. et dixerunt eis quæ fecerat Ihesus.
Collegerunt igitur pontifices et pharisei concilium
et dicebant. Quid facimus quia hic homo multa
signa facit. Si dimittimus eum sic. omnes credent
in eum. et venient romani. et tollent nostrum
locum et gentem. Vnus autem ex ipsis caiphas
cum esset pontifex anni illius. dixit eis. Vos
nescitis quicquam. nec cogitatis quia expedit
uobis ut unus moriatur homo pro populo. et non
tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit.
Sed cum esset pontifex anni illius prophetauit quia
Ihesus moriturus erat pro gente. et non pro gente
tantum ut filios dei qui erant dispersi congregaret
in unum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut
interficerent eum. Ihesus ergo iam non palam am
bulabat inter iudeos. sed abiit in regionem
iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur ephrem. et ibi
morabatur cum discipulis suis. Prope autem
erat pascha iudeorum. Et ascenderunt multi
de regione ante pascha. ut sanctificarent se ipsos. Quærebant ergo Ihesum. et
colloquebantur ad inuicem in templo stantes.
Quid putatis quia non ueniet ad diem festum.
dederant autem pontifices et pharisei mandatum.
ut si quis cognouerit ubi sit. indicet ut apprehendant eum. Ihesus ergo ante sex dies paschæ
uenit in bethaniam ubi fuerat lazarus mor
tuus. Hic suscitauit Ihesus fecerunt autem ei cenam
ibi. et martha ministrabat. Lazarus autem
unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria
ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi. et unxit pedes eius. et deo
sculauit capillis suis pedes eius. et domus imple
ta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus
ex discipulis eius iudas scariothis qui erat
cum traditurus eum. Quare hoc unguentum non
uenit trecentis denariis. et datum egenis.
Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum.
sed quia fur erat. et loculos habens ea quæ mit
tebantur portabat. Dixit ergo Ihesus.
Sine illam ut die sepulture mee seruet illud.

matt. xxiii.
mar. ix.
lc. xxiii.

Sic gentes uocat Ihesus
uel ad ipsum Ihesus uiuit et

matt. xxvi.
mar. xiv.

Principes eius semper habebitis uobiscum. me autem non semper habebitis. Cognouerunt autem turba multa ex iudeis quia illic est. et uenerunt non propter iesum tantum. sed ut lazarum uiderent quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum ut lazarum interficerent. quia multi ex iudeis abibant propter illum. et credebant in iesum. In crastinum autem turba multa quae uenerat ad diem festum. cum audissent quia uenit iesus hierosolimam acceperunt ramos palmarum. et processerunt obuiam ei. et clamabant. Osanna benedictus qui uenit in nomine domini rex israel. Et inuenit iesus asellum et sedit super eum. sicut scriptum est. Noli timere filia sion. ecce rex tuus ueniet sedens super pullum asinae. Hae non cognouerunt discipuli eius primum. sed cum glorificatus est iesus. tunc recordati sunt quia haec erant scripta de eo. et haec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quae erat cum eo cum lazarum uocauit de monumento. et suscitauit eum a mortuis. propter hoc et obuiauit ei turba. quia audierat eum fecisse hoc signum. pharisaei ergo dixerunt ad semetipsos. Videte quia nihil proficimus. ecce mundus post eum abiit. Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippum. qui erat a bethsaida galilee. et rogabant eum dicentes. domine uolumus iesum uidere. Venit philippus et dicit andreae. Andreas et philippus dicunt iesu. Iesus autem respondit eis dicens. Venit hora ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico uobis. nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit. multum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam. et qui odit animam suam in hoc mundo. in uitam aeternam custodit eam. si quis mihi ministrat me sequatur. et ubi sum ego. illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. et quid dicam. pater saluifica me ex hora hac. Sed propter hoc ueni in horam hanc. pater clarifica tuum nomen. Venit ergo uox de caelo. et clarificauit. et iterum clarificabo. Turba ergo quae stabat audiebat. dicebat tonitrum factum esse. alii dicebant. angelus ei locutus est. Respondit iesus et dixit. Non propter me haec uox facta est. sed propter uos. Nunc iudicium est huius mundi. nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat. significans qua morte erat moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia christus manet in aeternum. et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis iesus. adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis. ut non tenebrae uos comprehendant. et qui ambulat in tenebris nescit quo uadit. Dum lucem habetis. credite in lucem. ut filii lucis sitis.

Haec locutus est iesus. et abiit. et abscondit se ab eis. Cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum. ut sermo esaiae prophetae impleretur. quem dixit. Domine quis credidit auditui nostro. et brachium domini cui reuelatum est. propter hoc non poterant credere. quia rursum dixit esaias. Excecauit oculos eorum. et obduratum est cor eorum. ut non uideant oculis. et intelligant corde. et conuertantur. et sanem eos. Haec dixit esaias. quando uidit gloriam eius. et locutus est de eo. Verumtamen et ex principibus multi crediderunt in eum. sed propter pharisaeos non confitebantur. ne de synagoga eicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei. Iesus autem clamauit et dixit. Qui credit in me non credit in me. sed in eum qui misit me. et qui uidet me. uidet eum qui misit me. Ego lux in mundum uenit. ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat. et si quis audierit uerba mea et non custodierit. ego non iudico eum. Non enim ueni ut iudicem mundum. sed ut saluificem eum. Qui spernit me. et non accipit uerba mea. habet qui iudicetur eum. Sermo quem locutus sum. ille iudicabit eum in nouissimo die. quia ego ex me ipso non locutus sum. sed qui misit me pater. ipse mihi dedit mandatum quid dicam et quid loquar. Et scio quia mandatum eius uita aeterna est. quae ergo loquor. sicut dixerit mihi pater. sic ego loquor.

Ante diem festum paschae sciens iesus quia uenit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem. cum dilexisset suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos. Et cena facta cum diabolus iam miisisset in cor. ut traderet eum iudas simonis scariothis. sciens quia omnia dedit ei pater in manus. et quia exiuit a deo et ad deum uadit. surgit a cena. et ponit uestimenta sua. et cum accepisset linteum. praecinxit se. deinde mittit aquam in pelui. et coepit lauare pedes apostolorum. et extergere linteo quod erat praecinctus.

Cum ergo ad simonem petrum. dicit ei petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Respondit iesus. et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo. scies autem postea. Dicit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in aeternum. Respondit ei iesus. Si non lauero te non habebis partem mecum. Dicit ei simon petrus. Domine non tantum pedes meos. sed et manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet. sed est mundus totus. et uos mundi estis. sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. propter hoc dixit. non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum. accepit uestimenta sua. et recubuit iterum. dixit eis. Scitis quid fecerim uobis. Uos uocatis me magister et domine. et bene dicitis. Si ergo ego lauo pedes uestros. dominus et magister. et uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum

cum uobis dedi ut quemadm ego feci uobis: ita
et uos faciatis. Amen amen dico uobis non est seruus
maior domino suo. neq; apostolus maior illo qui misit
illum. Si hec scitis beati estis. si feceritis ea. non
de omnibus dico uobis. Ego scio quos elegim. Sed
ut impleat scriptura. Qui manducat mecum pa
nem: leuabit contra me calcaneum suum. Amen amen
dico uobis priusquam fiat: si dico. ut cum factum fuerit
credatis quia ego sum. Amen amen dico uobis qui
accipit si quem misero me accipit. Qui autem
me accipit: accipit eum qui me misit. Cum hec
dixisset iesus: turbatus est spiritu et protestatus est et
dixit. Amen amen dico uobis: quia unus ex uobis
me tradet. Aspiciebant ergo discipuli ad inuicem.
hesitantes de quo dicit. Erat ergo recumbens
unus ex discipulis eius in sinu iesu. quem diligebat
ihesus. Innuit ergo hunc simon petrus. et dicit
ei. Quis est de quo dicit. Itaq; cum recubuisset
ille super pectus ihesu. dicit ei. Domine quis est.
Respondit ihesus. Ille est cui intinctum panem porrexero. cum
intinxisset porrexit iude simonis scario
thae. Et post buccellam: tunc introiuit in illum
satanas. Dicit ei iesus. Quod facis fac cito. hoc autem
nemo sciuit discumbentium: ad quid dixerat ei.
Cum autem iudas pecuniam habebat: putabant
quidam quia dicit ei iesus. Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem
festum. aut egenis aliquid det. Cum ergo
accepisset ille buccellam: exiuit continuo. erat
autem nox. Cum ergo fuisset. dicit iesus. Nunc clarifica
tus est filius hominis. et deus clarificatus est in eo. Si deus
clarificatus est in eo: et deus clarificabit eum in semet
ipso. et continuo clarificabit eum. Filioli adhuc
modicum uobiscum sum. quæretis me. sicut
dixi iudeis: quo ego uado uos non potestis uenire.
et uobis dico. modo. Mandatum nouum do uobis
ut diligatis inuicem. sicut dilexi uos. In hoc cognoscent
omnes quia mei estis discipuli. si dilectionem
habueritis ad inuicem. Dicit ei simon petrus. Domine
quo uadis. Dicit ei iesus. Quo ego uado non potes me
modo sequi. sequeris autem postea. Dicit ei petrus. Quare
non possum te sequi modo. Animam meam pro te ponam.
Respondit iesus. Animam tuam pro me ponis. Amen amen
dico tibi. non cantabit gallus donec ter me neges.
Non turbetur cor uestrum. credite in me. credite
in domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quid
minus dixissem uobis. quia uado parare uobis lo
cum. Et si abiero et preparauero uobis locum. iterum
uenio. et accipiam uos ad me ipsum. ut
sitis ego et uos sitis. Et quo ego uado scitis. et
uiam scitis. Dicit ei thomas. Domine nescimus quo
uadis. quomodo possumus uiam scire. Dicit ei iesus. Ego sum uia et ueritas et uita. Nemo ue
nit ad patrem nisi per me. Si cognouisseatis me: et
patrem meum utique cognoscetis. et amodo cognos
cetis eum. Dicit ei philippus. Domine ostende
nobis patrem et sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tan
to tempore uobiscum sum. et non cognouisti me.
philippe qui uidet me. uidet et patrem. Quomo
do tu dicis ostende nobis patrem. Non credis quia
ego in patre. et pater in me est. Verba quæ ego loquor uo
bis: a me ipso non loquor. Pater autem in me manens
ipse facit opera. Non credatis quia ego in patre
et me est. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen
dico uobis qui credit in me: opera quæ ego facio et
ipse faciet. et maiora horum faciet. quia ego ad pa
trem meum. et quodcumq; petieritis in nomine meo.
hoc faciam. ut glorificetur pater in filio. Si quid
petieritis me in nomine meo hoc faciam. Si di
ligitis me mandata mea seruate. et ego rogabo
patrem. et alium paraclitum dabit uobis. ut mane
at uobiscum in æternum. spiritum veritatis quem mundus
non potest accipere. quia non uidet eum. nec scit eum. uos
autem cognoscetis eum. quia apud uos manebit. et in uobis
erit. Non relinquam uos orphanos. uenio ad uos.
adhuc modicum. et mundus me amplius non uidet. uos autem
uidetis me. quia ego uiuo. et uos uiuetis. In
illo die uos cognoscetis quia ego in patre meo. et uos in me.
et ego in uobis. Qui habet mandata mea. et seruat
ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me:
diligetur a patre meo. et ego diligam eum. et manifestabo
ei me ipsum. Dicit ei iudas non ille scariothes.
Domine quid factum est quia nobis manifestaturus es
te ipsum. et non mundo. Respondit ihesus. et dixit ei. Si
quis diligit me: sermonem meum seruabit.
et pater meus diliget eum. et ad eum ueniemus et
mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit
me: sermones meos non seruat. et sermonem quem au
ditis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hæc
locutus sum uobis: apud uos manens. paraclitus autem
spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo. ille uos docebit omnia. et suggeret uobis omnia quæcumq;
dixero uobis. Pacem relinquo uobis. pacem meam
do uobis. non quomodo mundus dat: ego do
uobis. non conturbetur cor uestrum: neq; formidet.
Audistis quia ego dixi uobis: uado et uenio ad uos.
Si diligeretis me gauderetis utique quia uado ad pa
trem. quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam
fiat: ut cum factum fuerit credatis. Iam non multa
loquar uobiscum. Venit enim princeps mundi hu
ius: et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus
quia diligo patrem. et sicut mandatum dedit mihi
pater: sic facio. Surgite eamus hinc. Ego sum
uitis uera. et pater meus agricola est. Omnem palmitem
qui in me non ferentem fructum tollet eum. et omnem
qui fert fructum purgabit eum. ut fructum plus
afferat. Iam nos mundi estis propter sermonem quem
locutus sum uobis. Manete in me. et ego in uobis.
Sicut palmes non potest facere fructum a semetipso.
nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manse
ritis. Ego sum uitis. uos palmites. qui manet

in me: et ego in eo. hic fert fructum multum
qz sine me nihil pōt facere. Si quis in me ñ ma-
sserit mittet foras sicut palmes. et arescet. et col-
ligent eum et in ignem mittent et ardet.
Si manseritis in me. et verba mea in uobis manse-
rint quodcūq; uolueritis petetis. et fiet uobis.
hoc clarificatus est pr̄ mis. ut fructum plurimum
afferatis. et efficiamini mei discipuli. Sicut dilex-
it me pr̄. et ego dilexi uos. Manete in dilectione mea
Si pecepta mea seruaueritis: manebitis in dile-
ctione mea. Sicut et ego seruauī pecepta pr̄is mei.
et manneo in eius dilectione. hi locutus sum uob
ut gaudium meum in ūobis. et gaudium uōm impletur.
Hoc est pecepū
meum ut diligatis inuicem. sicut dilexi uos.
Maiorem hac dilectionem nemo habet. ut animam
suam quis ponat p amicis suis. uos amici
mei estis si fecerit q̄ ego pecipio uobis. Iam ñ
dicam uos seruos. qz seruus nesciet quid faci
at dominus eius. uos autem dixi amicos. qz oīa q̄
cumq; audiui a pr̄e meo: nota feci uobis. Non
uos me elegistis. sed ego elegi uos. et posui uos
ut eatis. et fructum afferatis. et fructus ūr
maneat. Ut quicquid petieritis patrem in nomi-
ne meo det uobis. Hec mando uobis ut diligatis
inuicem. Si mundus uos odit. scitote qz me
pr̄em odio habuit. Si de mundo fuisstis. mū
dus q̄ suum erat diligeret. Quia uos de mundo ñ
estis. sed ego elegi uos de mundo: ppea odit
uos mundus. Memento sermonis mei. q̄ ego
dixi uobis. ñ est seruus maior domino suo. Si me
persecuti sunt. et uos persequent. Si sermonem meum
seruauerunt. et ūōm seruabunt. Sed hec omnia
facient uobis ppter nomen meum. qz nesciunt
eum q̄ misit me. Si non uenissem. et locutus eis ñ fuisset
pccm non haberent. Nunc autem occasionem non habent
de pccto. qui me odit. et pr̄em meum odit. Si
opa ñ fecissem in eis q̄ nemo alius fecit. pccm
ñ haberent. Nunc autem uiderunt. et odierunt. et me
et pr̄em meum. Sed ut impleatur sermo. qui
in lege eorum scriptus est. qz odio habuerunt me gra-
tis. Cum autem uenerit paracletus. q̄ ego mit-
tam uobis a pr̄e spm̄ ūitatis. q̄ a pr̄e procedit.
ille testimonium perhibebit de me. Et uos
testimonium perhibetis de me. qz ab initio
mecum estis. Hec locutus sum uobis. ut ne
scandalizemini. abs q; synagogis facient
uos. Sed uenit hora ut omnis qui interficit uos
putet obsequium prestare deo. Et hec
facient. qz ñ nouerunt pr̄em neq; me. Sed
locutus sum uobis. ut cum uenerit hora eorum
reminiscamini. qz ego dixi uobis. Hec autem
uobis ab initio ñ dixi. qz uobiscum eram.
Et nunc uado ad eum qui misit me. et ne-
mo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed qz
hec locutus sum uobis tristitia impleuit cor
ūōm. Sed ego ūitatem dico uobis. ex
pedit uobis ut ego uadam. Si enim non abie
ro: paracletus non ueniet ad uos. Si autem
abiero mittam eum ad uos. et cum uenerit
ille arguet mundum de pccto. et de iustitia et
de iudicio. de pccto quidem qz non crediderunt
in me. De iustitia uero. qz ad patrem uado.
et iam ñ uidebitis me. De iudicio autem. qz pr̄ī
ceps mundi huius iudicatus est. Adhuc multa
habeo dicere. sed non potestis portare modo.
Cum autem uenerit ille spm̄ ūitatis. docebit uos omnem
ūitatem. Non enim loquetur a semetipso. sed q̄
cumq; audiet loquetur. et q̄ uentura sunt annun-
ciabit uobis. Ipse me clarificabit: qz de
meo accipiet. et annunciabit uobis. Omnia
q̄ cumq; habet pr̄is mea sunt. ppea dixi. qz de
meo accipiet. et annunciabit uobis. Modi-
cum et iam non uidebitis me. et rursum modicum
et uidebitis me. qz uado ad pr̄em. Dixerunt
ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc
q̄ dicit nobis modicum ñ uidebitis me. Et
rursum modicum et uidebitis me. et qz uado
ad pr̄em. Dicebant ergo. quid est hoc q̄ dicit mo-
dicum: nescimus quid loquitur. Cognouit autem
ihs qz uolebant eum interrogare. et dixit eis
de hoc q̄rit inter uos. qz dixi uobis modicum
et non uidebitis me. et rursum modicum et uidebitis
me. Amen amen dico uobis. qz plorabitis et flebitis
uos. mundus autem gaudebit. uos autem contristabimini.
Sed tristitia uestra uertetur in gaudium.
Mulier cum parit tristitiam habet. qz uenit hora
eius. cum autem pperit puerum. iam non meminit
pressure pp gaudium qz natus est in mundum.
Et uos igitur quidem tristitiam habetis. sed iterum
autem uidebo uos. et gaudebit cor uestrum. et gaudium
uestrum nemo tollet a uobis. et in illa die non
me ñ rogabitis quicq̄. Amen amen dico uo
bis. si quid petieritis patrem in nomine meo: dabit
uobis. usq; modo non petistis quicq̄ in nomi-
ne meo: petite et accipietis. ut gaudium uestrum ple-
num sit. Hec in proprios locutus sum uobis. sed ueni-
t hora cum ñ in proprios loquar uobis. sed palam
de pr̄e annunciabo uobis. In illa die in nomi-
ne meo petetis. et non dico uobis qz ego rogabo
patrem de uobis. Ipse enim pr̄ amat uos. quia
uos me amastis. et credidistis qz a deo exi-
ui. exiui a pr̄e et ueni in mundum. Iterum relinquo
mundum. et uado ad pr̄em. Dixerunt ei di-
scipuli eius. Ecce palam loquitur. et proprium
nullum dicis. Nunc scimus qz scis omnia
et non est opus tibi ut quis te interroget. In hoc
credimus qz a deo existis. Respondit eis ihs. Modo
creditis. Ecce uenit hora. et iam uenit. ut
dispergamini unusquisq; in propria. et me

solum rogo non pro eis solis sed pro eis qui credent per
sermonem meum in me. Pater in me et ego in patre. Ut sint et ipsi
in nobis unum. Ut credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam
dedisti mihi dedi eis. Ut sint unum sicut nos unum sumus. Ego in eis et tu in me.
Ut sint consummati in unum. Ut cognoscat mundus quia tu me misisti
et dilexisti eos sicut me dilexisti. Pater quos dedisti mihi volo ut ubi ego sum. et illi mecum
sint. ut videant claritatem meam quam dedisti
mihi. quia dilexisti me ante mundi constitutionem.
Pater iuste mundus te non cognovit. ego autem
te cognovi. et hi cognoverunt quia tu me misisti.
Et notum feci eis nomen tuum. et notum faciam.
ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit. et ego
in ipsis. Hec cum dixisset egressus est cum
discipulis suis trans torrentem cedron. ubi erat
hortus in quem introivit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum quia
frequenter illuc conveniebat illuc cum discipulis suis.
Iudas ergo cum accepisset cohortem et
a pontifibus et pharisaeis ministris venit
illuc cum lanternis et facibus et armis. Sciens
omnia quae ventura erant super eum. processit et dixit eis. Quem quaeritis. Responderunt ei. Iesum
nazarenum. Dicit eis iesus. Ego sum. Stabat autem et
iudas qui tradidit eum cum ipsis. Ut ergo dixit
eis ego sum. abierunt retrorsum et ceciderunt
in terram. Iterum ergo interrogavit eos quem quaerit
illi autem dixerunt. Iesum nazarenum. Respondit iesus. Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quaeritis sinite
hos abire. ut impleatur sermo quem dixit. quos
dedisti mihi non perdidi ex ipsis quemquam. Simon ergo
petrus habens gladium eduxit eum. et percussit
pontificis servum. et abscidit eius auriculam dexteram.
erat autem nomen servo malchus. Dixit ergo iesus petro.
mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit
mihi pater non bibam illum. Cohors ergo et tribunus et ministri iudaeorum comprehenderunt iesum.
et ligaverunt eum. et adduxerunt eum ad annam primum
erat enim socer caiphae qui erat pontifex anni
illius. Erat autem caiphas qui consilium dederat iudaeis. quia expedit unum hominem perire pro populo. Sequebatur autem
iesum simon petrus et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici et introivit
cum iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat
ad hostium foris. Exivit ergo discipulus ille
alius qui erat notus pontifici et dixit ostariae
et introduxit petrum. Dicit ergo petro ancilla hostiaria. Nunquid et tu ex discipulis es hominis
illius. Dicit ille. Non sum. Stabant autem servi et ministri ad prunas quia frigus erat et calefaciebantur
se. Erat autem cum eis petrus stans et calefaciens
se. Pontifex ergo interrogavit iesum de discipulis
suis. et de doctrina sua. Respondit ei iesus. Ego palam
locutus sum mundo. ego semper docui in synagoga
et in templo. quo omnes iudaei conveniunt.
et in occulto locutus sum nihil. quid me interrogas.
interroga eos qui audierunt quid locutus sum eis.
Ecce hi sciunt quae dixerim ego. Hi autem cum dixisset
unus assistens ministrorum dedit alapam iesu
dicens. Sic respondes pontifici. Respondit ei iesus. Si mala
locutus sum. testimonium perhibe de malo. Si
autem bene. quid me cedis. Misit eum annas
ligatum ad caiphan pontificem. Erat autem
simon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt
ergo ei. Nunquid et tu ex discipulis eius es. Negavit ille et dixit. Non sum. Dicit unus ex
servis pontificis cognatus eius cui abscidit petrus auriculam. Non te ego vidi in horto cum
illo. Et ilico negavit petrus. et statim gallus
cantavit. Adducunt ergo iesum

Mich. xx.
Ps. cxlii.
S. e. vi. vii. x.
p. omn. luce.
Ps. lxxxi.
Eg. lxxxix.
Eg. lxxxi.
Leu. lxxxviii. Eg. lxxxix.
S. e. a. ipsi.
S. e. S. vii. m.
Luc. xx.
S. cx.
S. e. iij. Act. lxx. Ps. cxxxi.
Apocal. xvii. h.

ad caipham in prætorium. Erat autem mane. et
ipsi non introierunt in prætorium. ut non contami-
nentur. sed manducarent pascha. Exiuit ergo
pilatus ad eos foras. et dixit. Quam accusatio-
nem affertis adversus hominem hunc? Respon-
derunt et
dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: non tibi tradi-
dissemus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite
eum vos. Sed legem vestram iudicate eum. Dixe-
runt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quem-
quam. Ut sermo iesu impleretur quem dixerat signifi-
cans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum
in prætorium pilatus. et vocauit iesum et
dixit ei. Tu es rex iudeorum? Respondit iesus.
A te hoc dicis. an alii dixerunt tibi de me? Respondit pilatus. Numquid
ego iudeus sum. gens tua et pontifices tui tradi-
derunt te mihi. Quid fecisti? Respondit iesus. Regnum
meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo es-
set regnum meum. ministri mei decertarent
utique, ne tradar iudeis. Nunc autem regnum
meum non est hinc. Dixit ergo pilatus. Ergo rex es
tu? Respondit iesus. Tu dicis. quia rex sum ego. Ego in
hoc natus sum. et ad hoc veni in mundum: ut testi-
monium perhibeam veritati. Omnis qui est
de veritate. audit vocem meam. Et cum hæc dixisset. dicit ei pilatus. Quid
est veritas? Et cum hæc dixisset. rursum exiuit ad iudeos
et dicit eis. Ego nullam invenio in eo crimen.
Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis
in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem
iudeorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes. non
hunc sed barabam. Erat autem barabas latro.
Tunc ergo apprehendit pilatus iesum. et flagellauit
et milites plectentes coronam de spinis imposu-
erunt capiti eius. et veste purpurea circum-
dederunt eum. et venientes ad eum. et dicebant.
Ave rex iudeorum. et dabant ei alapas. Exiuit rursum pi-
latus foras. et dicit eis. Ecce adduco vobis eum fo-
ras: ut cognoscatis quia in eo nullam invenio.
Exiuit ergo iesus portans spineam coronam. et pur-
puram vestem. et dicit eis. Ecce homo. Cum
ergo vidissent eum pontifices et ministri: clam-
abant dicentes. Crucifige. crucifige. Dicit eis
pilatus. Accipite eum vos et crucifigite. Ego enim
non invenio in eo crimen. Responderunt ei iudei. Nos
legem habemus. et secundum legem nostram debet mori quia
filium dei se fecit. Cum ergo audisset sermonem
hunc magis timuit. Et introiuit in prætorium rursum
et dicit ad iesum. Unde es tu? Iesus autem non
dedit ei dicit. Dicit ergo ei pilatus. Mihi non loquitur?
Nescis quia potestatem habeo dimittere te. et potestatem habeo crucifige-
re te? Respondit iesus. Non haberes potestatem adversum me ullam
nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi
maius peccatum habet. Et ex hoc quærebat pilatus
dimittere eum. Iudei autem clamabant dicentes.
Si hunc dimittis. non es amicus cesaris. Omnis qui
se regem facit: contradicit cesari. Pilatus ergo
cum audisset hos sermones. adduxit foras iesum. et
sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos hebraice
autem gabatha. Erat autem parasceue paschæ hora
quasi sexta. et dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autem clama-
bant. tolle tolle. crucifige eum. Dicit eis pila-
tus. Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices.
Non habemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eos
illum ut crucifigeretur. Susceperunt autem iesum. et
eduxerunt. et bajulans sibi crucem exiuit in eum
qui dicitur calvariæ locum. hebraice golgotha. ubi
crucifixerunt eum. et cum eo alios duos hinc et hinc.
medium autem iesum. Scripsit autem pilatus titulum. et
posuit super crucem. Erat autem scriptum. Iesus na-
zarenus rex iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt
iudeorum. quia prope erat locus ubi cruci-
fixus est iesus. Et erat scriptum hebraice. græce. et
latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudeorum.
Noli scribere rex iudeorum. sed quia ipse dixit rex sum iu-
deorum. Respondit pilatus. Quod scripsi scripsi. Milites
ergo cum crucifixissent eum. acceperunt vestimen-
ta eius. et fecerunt in. iii. partes. unicuique mi-
liti partem. et tunicam. Erat autem tunica inconsu-
tilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo
ad inuicem. Non scindamus eam. sed sortemur de
illa cuius sit. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sunt
vestimenta mea sibi. et super vestem meam
miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem
iuxta crucem iesu mater eius. et soror matris
eius maria cleophe. et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem. et discipulum
stantem quem diligebat. dicit matri sue. Mulier. ecce
filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua.
Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.
Postea sciens iesus quia iam omnia consumma-
ta sunt. ut consummaretur scriptura dicit. Sitio.
Vas ergo positum erat plenum aceto. Illi autem
spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes
obtulerunt eis eius. Cum ergo accepisset iesus
acetum. dixit. Consummatum est. et inclinato
capite emisit spiritum. Iudei ergo quia parasceue
erat. ut non remanerent in cruce corpora sabbato. Erat enim
magnus ille dies sabbati. Rogauerunt
pilatum ut frangerentur eorum crura: et tolleren-
tur. Venerunt ergo milites. et primum quidem fre-
gerunt crura. et alterius qui crucifixus est cum eo.
Ad iesum autem cum venissent: ut viderunt eum
iam mortuum: non fregerunt eius crura. Sed unus
militum lancea latus eius perforauit. et continuo
exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium
perhibuit. et verum est testimonium eius. Et ille scit
quia vera dicit: ut vos credatis. Facta sunt enim hæc
ut scriptura impleatur. Os non comminuetis ex eo.
Et rursum alia scriptura dicit: Videbunt in quem
transfixerunt. Post hæc rogauit pilatum ioseph

Gen. xxxix.
Matt. xv.
Joan. xi. v. xix.
Act. xxxix.
Luc. xlii.
Ps. xxii.
Ps. lxviii.
Matt. xxvii.
Luc. xxiv.
Exo. xii.
Num. xxix.
Zach. xii.
Apoc. xx.
Ps. lxviii.
Exo. xii.
Num. xxix.
Zach. xii.
Apoc. xx.

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

ab armariola eo q̃ erat discipl̃ ihu: oculeus aut
ꝓ metu iudeor: ut tolleret eum ihu: spiritu
pilat. Venit ergo et ioseph ab arimathia. Venit autem et
nicodemus qui venerat ad ihm nocte primum.
ferens mixturam myrre et aloes. qui ut erat consue-
lacq; unt ergo corpus ihu. et ligauerunt illud cum
illud linteis cum aromatibus. sicut mos est iudeis
pelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est hic: ortus
et ortus monumentum novum. quo nondum quisq;
positus fuerat. ibi ergo propter parasceven iudeorum quia
iuxta erat monumentum posuerunt ihm. Una autem
sabbati maria magdalena. venit mane cum
adhuc tenebre essent ad monumentum. et vidit la
pidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo tuc
mr. ad simonem petrum. et ad alium discipulum
quem amabat ihs. et dicit eis. Tulerunt dnm meum
de monumento. et nescimus ubi posuerunt eum. Exi
ir ergo petrus. et ille alius discipulus. et veniunt
ad monumentum. Currebant autem duo simul.
et ille alius discipulus precurrit cito pe. et ve
nit prior ad monumentum. et cum inclinasset se. vidit
posita linteamina. non tamen introiuit. Venit ergo
simon petrus sequens eum. et intrauit in monumen
tum. et vidit linteamina posita. et sudarium.
quod fuerat super caput eius. non cum linteaminibus
positum. sed seorsum involutum in unum locum.
Tunc ergo introiuit ille discipulus qui venerat
primus ad monumentum. et vidit. et credidit.
Nondum enim sciebant scripturam. quia oportebat eum a
mortuis resurgere. Abierunt ergo rursum discipuli
ad semetipsos. Maria stabat ad monumentum
foris plorans. dum ergo fleret inclinauit
se prospexit in monumentum. et vidit duos angelos
in albis sedentes. unum ad capud. et unum ad pedes.
ubi positum fuerat corpus ihu. Dicunt ei illi. mu
lier quid ploras? dicit eis. Quia tulerunt do
minum meum. et nescio ubi posuerunt eum. Hec
cum dixisset. conuersa retrorsum. vidit ihm stan
hominibus. Quod autem ascendit quid est. nisi quia
descendit primum in inferiora terre.
Qui descendit ipse est. et qui ascendit super omnes
celos. ut adimpleret omnia. Et ipse dedit
quosdam quidem apostolos. quosdam autem
prophetas. alios euangelistas. alios autem pastores
et doctores. ad consummationem sanctorum i opus
ministerii. i edificationem corporis xpi. donec
occurramus omnes i unitatem fidei et agni
tionis filii dei. i uirum perfectum. i men
suram
ætatis plenitudinis xpi.
ut iam non simus paruli fluctuantes. et
circumferamur omni uento doctrine. in
nequitia hominum. i astutia ad circumuen
tionem errantis. Veritatem autem facientes i cari
tate. crescamus i illo. per omnia qui est capt.
xpe. Ex quo totum corpus compactum.
et connexum. per omnem iunturam submi
nistrationis secundum operationem i mensura unius
cuiusque mbri. augmentum corporis fit
i edificationem sui. i caritate. Hoc igitur dico.
et testificor i dno. ut iam non ambuletis
sicut gentes ambulant i uanitate sensus sui.
tenebris obscuratum habentes intellectum. alie
nati a uita dei per ignorantiam q est in illis per
caecitatem cordis ipsorum. qui desperantes semetipsos
tradiderunt impudicitiae. i operationem immunditiae
omnis. i auaritia. Vos autem non didicistis xpm.
si tamen illum audistis. et i ipso edocti estis. sicut
est veritas i ihsu. deponere uos secundum pristinam
conuersationem. uetustum hominem. qui corrum
pitur. sed desiderium erroris. ¶ Renouamini autem
spiritu mentis uestre. et induite nouum hominem qui
secundum deum creatus est. in iustitia et sanctitate
veritatis. per quod deponentes mendacium. loqui
mini veritatem unusquisque cum proximo
suo. quia sumus inuicem membra. Irascimi
ni. et nolite peccare. Sol non occidat super irae
diam uestram. Nolite locum dare diabolo. q

furabat. iam non furetur. magis autem laboret o
perando manibus suis quod bonum est. ut habeat unde
erogare necessitatem patienti. Omnis sermo ma
lus ex ore uestro non procedat. Si quis bonus est
ad edificationem fidei. ut det gratiam audienti
bus. Et nolite contristare spm sanctum dei. in
quo signati estis i die redemptionis. Omnis
amaritudo. et ira. et indignatio. et clamor. et
blasphemia. tollatur a uobis. cum omni
malicia. Estote autem inuicem benigni. mi
sericordes. donantes inuicem. sicut et deus donauit uo
bis i xpo. ¶ Estote imitatores dei. sicut filii
karissimi. et ambulate i dilectione. sicut et xpe dilexit
nos. et tradidit semetipsum pro nobis. obla
tionem et hostiam deo i odorem suauitatis. Fornicatio
autem aut omnis immunditia. aut auaritia. ne
minetur i uobis. sicut decet sanctos. Aut turpi
tudo. Aut stultiloquium. aut scurilitas.
quae ad rem non pertinet. sed magis gratiarum actio. hoc
enim scitote intelligentes. quod omnis fornica
tor. Aut immundus. aut auarus. quod est ido
lorum seruitus. non habet hereditatem in regno xpi
et dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis. propter
hec enim uenit ira dei in filios diffidentiae.
Nolite ergo esse participes eorum. Erantis enim
aliquando tenebre: nunc autem lux i dno. ut filii
lucis ambulate. fructus enim lucis est i omni
bonitate. et iustitia et veritate. probantes quid sit
beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus
infructuosis tenebrarum. magis autem redarguite.
Quae enim i occulto fiunt ab ipsis turpe est
et dicere. Omnia autem quae arguuntur a lumine
manifestantur. Omne enim quod manifestatum
fuerit. lumen est. Propter quod dicit. Surge qui dormis. et
surge a mortuis. et illuminabit te xpus. ¶ Vi
dete ergo fratres quomodo caute ambuletis.
non quasi insipientes. sed sicut sapientes. redimen
tes tempus. quoniam dies mali sunt. Propter hoc nolite
fieri imprudentes. Et intelligentes quae sit
uoluntas dei. Et nolite ebriari uino i quo
est luxuria. sed impleamini spiritu sancto. loquentes
uobismetipsis i psalmis et hymnis et cantici
cis spiritalibus. cantantes et psallentes i cor
dibus uestris dno. Gratias agentes semper pro omnibus.
i nomine domini nri ihsu xpi. deo et patri. Subiecti
estote inuicem in timore xpi. Mulieres uiris
suis subditae sint. sicut dno. quoniam uir caput
est mulieris. sicut xpus caput est ecclie. ipse saluator
corporis eius. Sed ut ecclia subiecta est xpo:
ita et mulieres uiris suis i omnibus. Viri di
ligite uxores uestras. sicut et xpus dilexit ecclesiam. et
se ipsum tradidit pro ea. ut illam sanctificaret.
mundans eam lauacro aquae in uerbo
uitae. ut exhiberet ipse sibi gloriosam ec
clesiam. non habentem maculam. neque rugam:

Haec autem nemo intelligit nisi filios tenebrae habentes: huic deus retribuit suae generationis odio

Gray Scale
0 1 2 3 4

aut aliquid eiusmodi: sicut sit scā. et immaculata. Viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui enim suam uxorem diligit se ipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit et fouet eam sicut et christus ecclesiam. quia membra sumus corporis eius. de carne eius. et de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem et adherebit uxori suae. et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in christo et in ecclesia. Verumtamen et uos singuli. unusquisque suam uxorem sicut se ipsum diligat. Uxor autem timeat uirum suum. Filii audite parentes uestros in domino. hoc enim iustum est. Honora patrem tuum et matrem. quae est mandatum primum in promissione. ut bene sit tibi et longeuus sis super terram. Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros. sed educate illos in disciplina et correptione domini. Serui obedite dominis carnalibus. cum timore et tremore. in simplicitate cordis uestri. sicut christo. non ad oculum seruientes. qui placere hominibus. sed ut serui christi. facientes uoluntatem dei ex animo. cum bona uoluntate seruientes. sicut domino et non hominibus. scientes quia unusquisque quidquid fecerit bonum. hoc recipiet a domino. siue seruus. siue liber. Et uos domini eadem facite illis. remittentes minas. scientes quia et illorum dominus et uester est in celis. et personarum acceptio non est apud dominum. De cetero fratres confortamini in domino. et in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei. ut possitis stare aduersus insidias diaboli. quia non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem. sed aduersus principes. et potestates. aduersus mundi rectores. tenebrarum harum. spiritalia nequitiae in celestibus. propter hoc accipite armaturam dei. ut possitis resistere in die malo. et omnibus perficere. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate. et induti loricam iustitiae. et calcati pedes in praparatione euangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei. in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. et galeam salutis assumite. et gladium spiritus quod est uerbum dei. per omnem orationem. et obsecrationem. orantes omni tempore in spiritu. et in ipso uigilantes in omni instantia. et obsecratione pro omnibus sanctis. et pro me. ut detur mihi sermo. in apertione oris mei. cum fiducia notum facere mysterium euangelii. pro quo legatione fungor in catena. ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui. Et uos autem scitis quae circa me sint. quid agam: omnia nota uobis faciet tychicus. frater carissimus et fidelis minister in domino. qui misi ad uos in hoc ipsum ut cognoscat quae circa uos sunt. et consolentur corda uestra. Pax fratribus. et caritas cum fide a deo patre nostro. et domino iesu christo. Gratia uobiscum omnibus qui diligunt dominum nostrum iesum christum in incorruptione. amen.

PAULUS

Paulus et timotheus seruus iesu christi. omnibus sanctis in christo iesu. qui sunt philippis. cum episcopis et diaconibus. gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino iesu christo. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri. semper in cunctis orationibus meis. pro uobis omnibus cum gaudio. deprecationem faciens. super communicatione uestra in euangelio. a prima die usque nunc. confidens hoc ipsum. quia qui coepit in uobis opus bonum. perficiet usque usque in diem christi iesu. sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis. eo quod habeam uos in corde. et in uinculis meis. et in defensione. et in confirmatione euangelii. socios gaudii mei omnes uos esse. testis enim mihi est deus. quomodo cupiam uos omnes in uisceribus iesu christi. et hoc oro. ut caritas uestra magis ac magis abundet in scientia et omni sensu. ut probetis potiora. ut sitis sinceri et sine offensa in die christi. repleti fructu iustitiae. per iesum christum in laudem dei. Scire autem uos uolo fratres quia quae circa me sunt magis ad profectum euangelii uenerunt. ita ut uinculi mei in christo facti sint in omnem praetorio. et ceteris omnibus. et plures ex fratribus in domino confidentes uinculis meis habundantius audere sine timore uerbum dei loqui. Quidam quidem et propter inuidiam et contentionem. quidam autem et propter bonam uoluntatem christum praedicant. quidam ex caritate. scientes quia in defensione euangelii positus sum. quidam autem ex contentione christum annuntiant non sincere. existimantes pressuram se suscitare uinculis meis. Quid enim? dum omni modo. siue occasione. siue per ueritatem christus annuntietur. et in hoc gaudeo. sed et gaudebo. Hoc enim mihi proueniet per uestram orationem. et subministrationem spiritus iesu christi. secundum expectationem meam et spem meam. quia nullo confundar. sed cum omni fiducia sicut semper. et nunc magnificabitur christus in corpore meo siue per uitam. siue per mortem. Mihi enim

Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo humiliavit se factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis propter quod et deus illum exaltavit et dedit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine jesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confitetur quia dominus jesus christus in gloria dei patris

Fratres mei sicut semper obedistis non in presentia tantum mea sed multo magis nunc in absentia mea cum timore et tremore vestram salutem operamini. Deus enim est qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmuratione et hesitatione ut sitis filii dei sine reprehensione in medio nationis prave et perverse inter quos lucemini sicut luminaria in mundo verbum vitae continentes ad gloriam meam in die christi quia non in vacuum cucurri neque in vacuum laboravi. Sed si immolor super sacrificium et obsequium fidei vestre gaudeo et congratulamini mihi. Eadem autem et vos gaudete et congratulamini mihi. In domino jesu autem spero me cito vos visurum ut et ego bono animo sim cognoscens que circa vos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim que sua sunt quaerunt non que sunt jesu christi. Probatum autem eius cognoscetis quia sicut filius patri mihi servivit in evangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos statim ut videro quomodo circa me sunt. Confido autem in domino quia et ipse veniam ad vos cito. Necessarium autem existimavi epaphroditum fratrem et cooperatorem et commilitonem meum vestrum autem apostolum et ministrum necessitatis mee mittere ad vos quem quidem omnes vos desiderabat et mestus erat propter quod audierat eum infirmatum. Nam et infirmatus est usque ad mortem sed deus misertus est eius. Non solum autem eius sed et mihi ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius igitur misi illum ut visum illum gaudentes rursum et ego sine tristitia sim. Recipite ergo illum in domino cum omni gaudio et huiusmodi cum honore habete. Quia propter opus christi usque ad mortem accessit tradens animam suam ut impleret id quod vobis deerat erga meum obsequium.

De cetero mei fratres gaudete in domino. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum vobis autem necessarium videtur. Videte canes, videte malos operarios videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio qui spiritu deo servimus et gloriamur in domino jesu christo et non in carne fiduciam habentes. Quamquam ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne ego magis circumcisus octava die de genere israel de tribu benjamin hebreus ex hebreis secundum legem pharisaeus secundum emulatorem persequens ecclesiam dei secundum justitiam que in lege est conversatus sine querela. Sed quae fuerunt mihi lucra haec arbitratus sum propter christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam jesu christi domini mei propter quem omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora ut christum lucrifaciam et inveniar in illo non habens meam justitiam que ex lege est sed illam que est per fidem christi quae ex deo est justitiam in fide ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis eius et consortium passionum illius configurabilis morti eius si quomodo occurram ad resurrectionem quae est ex mortuis. Non quod iam acceperim aut iam perfectus sim. Sequor autem si quomodo comprehendam in quo et comprehensus sum a christo jesu. Fratres ego non arbitror me comprehendisse. Unum autem quae quidem retro sunt obliviscens ad ea vero que sunt priora extendens me

ipsum: ad deliberandum pleniores. ad beatam sup
ne uocationis dei in xpo ihesu. Quantum
ergo profecimus. hoc sentiamus. et si quid
aliter sapitis. hoc uobis deus reuelabit. Verum
tamen ad quod peruenimus: in eidem sapiamus. et
eadem regula permaneamus. Imitatores
mei estote fratres. et obseruate eos qui ita ambu
lant: sicut habetis formam nostram. Multi enim
ambulant quos sepe dicebam uobis. nunc autem
flentes dico inimicos crucis xpi. quorum finis
interitus. quorum deus uenter est. et gloria in confusione
ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem conuer
satio in celis est. unde et expectamus saluatorem
dominum nostrum ihesum xpm. Qui reformabit
corpus humilitatis nostre. configuratum corpori
claritatis suae. secundum operationem qua possit et
illam subiicere sibi omnia. Itaque fratres mei karissimi
et desiderati mei. gaudium meum et corona
mea. sic state in domino karissimi. Euodiam
rogo et sintichen deprecor. idem ipsum sapere in domino. Et
illum rogo. et te germane compar adiuua illas
quae mecum laborauerunt in euangelio. cum clemente
et ceteris adiutoribus meis. quorum nomina sunt in libro
uite. Gaudete in domino semper rursum dico gaude
te. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus
dominus prope est. Nichil solliti sitis. sed in omni oratio
et obsecratione. cum gratiarum actione. petitiones uestre
innotescant apud deum. Et pax dei quae exsuperat omnem
sensum. custodiat corda uestra et intelligentias
uestras in xpo ihesu domino nostro. De cetero
fratres. quecumque sunt uera. quecumque pudica.
quecumque iusta. quecumque sancta. quecumque
amabilia. quecumque bone famae. si qua uirtus
si qua laus discipline: hec cogitate que
didicistis. et accepistis. et audistis in me. audistis
et uidistis in me. hec agite. et dabit pacem
uobiscum deus. Gaudeo autem in domino uehementer. quia tandem
aliquando reflorruistis pro me sentire. sicut et sentiebatis
quidem autem eratis. non quasi propter penuriam
dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio
habundare. scio humiliari. ubique
et in omnibus instructus sum et satiari et esurire
et habundare et penuriam pati. Omnia
possum in eo qui me confortat. Verumtamen
bene fecistis communicantes tribulationi
meae. Scitis autem uos philippenses quod in principio euangelii
quando profectus sum a macedonia: nulla
mihi ecclesia communicauit in ratione dati
et accepti. nisi uos solui. quia et tessalonicam semel
et bis in usum mihi misistis. Non quia requiro
datum. sed requiro fructum habundantem in rationem
uestram. Habeo autem omnia et habundo. Expletus
sum accepta ab epafrodito quae misistis mihi
odorem suauitatis hostiam acceptam placentem deo. Deus autem meus impleat omne
desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria
in xpo ihesu. Deo autem et patri nostro gloria in secula seculorum
amen. Salutate omnes sanctos in xpo ihesu. Salu
tant uos omnes qui mecum sunt fratres. Salu
tant uos omnes sancti. maxime autem qui de domo
caesaris sunt. Gratia domini nostri ihesu xpi cum spiritu
uestro. amen.

Colossenses sunt. hi sic laudiceuses autem xpi pretuti erant a pseudo apostolis.
nec ad hos accessit apostolus ipse. sed et hos per epistolam
corripit. Audierunt enim uerbum ab epaphra.
quia et institutum in eos accepit. Ergo apostolus iam
legatus semper fuit ab epistola.

PAULUS

Paulus apostolus ihesu xpi per uoluntatem dei et
timotheus frater. huic qui sunt colosis sanctis et fi
delibus fratribus in xpo ihesu. gratia uobis et pax a deo
patre nostro et domino ihesu xpo. Gratias agimus deo.
et patri domini nostri ihesu xpi: semper orantes pro
uobis. audientes fidem uestram in xpo ihesu.
et dilectionem quam habetis in omnes sanctos propter
quam spem reposita est uobis in celis. quam audistis in uerbo
ueritatis euangelii qui peruenit ad uos: sicut et
in uniuerso mundo. et fructificat. et crescit sicut
et in uobis. ex eo die quo audistis. et cognouistis gratiam
dei in ueritate. sicut didicistis ab epafra karissimo conseruo nostro. quia est fidelis pro
uobis. minister xpi ihesu. qui et manifestauit nobis
dilectionem uestram in spiritu. Propter hoc et nos ex qua
die audiuimus non cessamus pro uobis orantes
et postulantes. ut impleamini in agnitione uo
luntatis eius. in omni sapientia et intellectu spirituali. Et ambuletis digne deo per omnia placentes.
in omni opere bono fructificantes. et crescentes in scientia dei. in omni uirtute confortati. secundum
potentiam claritatis eius. in omni patientia et longanimitate cum gaudio. gratias
agentes deo patri. qui dignos nos fecit in partem
sortis sanctorum in lumine. qui eripuit nos de potestate tenebrarum. et transtulit in regnum filii
dilectionis suae. in quo habemus redemptionem per sanguinem eius. remissionem peccatorum. qui est imago
dei inuisibilis. primogenitus omnis creaturae.
quia in ipso condita uniuersa sunt in celis et in terra
uisibilia et inuisibilia. siue throni. siue dominationes. siue principatus. siue potestates. omnia
per ipsum et in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes. et
omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis
ecclesie. qui est principium. primogenitus ex mortuis
ut sit in omnibus ipse primatum tenens.
quia in ipso complacuit omnem plenitudinem

inhabitare. et ipsum reconciliare omnia in ipso
pacificans per sanguinem crucis eius. sive quæ in
celis. sive quæ in terra. Et vos cum essetis
aliquando alienati. et inimici sensu. in operibus
malis. nunc autem reconciliavit in corpore carnis
eius per mortem. exhibere vos sanctos. et immaculatos.
et irreprehensibiles coram ipso. si
tamen permanetis in fide fundati et stabiles. et
immobiles. a spe euangelii quod audistis. quod prædicatum est in universa creatura quæ sub celo est.
cuius factus sum ego paulus minister. qui
nunc gaudeo in passionibus pro vobis. et ad
impleo ea quæ desunt passionum xpi in carne
mea. pro corpore eius quod est ecclesia. cui factus
sum ego minister. secundum dispensationem
dei. quæ data est mihi in vobis. ut impleam verbum dei. mysterium quod absconditum fuit
a seculis et generationibus. nunc autem manifestatum
est sanctis eius. quibus voluit deus notas facere
divitias gloriæ sacramenti huius in gentibus.
quæ est xpis in vobis. spes gloriæ. qui nos annuntiamus.
commonentes omnem hominem. et docentes omnem
hominem in omni sapientia. ut exhibeamus
omnem hominem perfectum in xpo iesu. in quo
et laboro certando secundum operationem eius. quæ
operatur in me. in virtute. Volo enim vos scire.
qualem sollicitudinem habeam pro vobis et
pro his qui sunt Laodicee. et quicumque non viderunt
faciem meam in carne. ut consolentur
corda ipsorum. instructi in caritate. et in omnes divitias
plenitudinis intellectus. in agnitionem mysterii
dei patris et xpi. in quo sunt omnes thesauri
sapientiæ et scientiæ absconditi. Hoc autem
dico. ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonis. Nam
et si corpore absens sum. sed spiritu
vobiscum sum. gaudens et videns ordinem vestrum
et firmamentum eius quod est in xpo fide vestra.
Sicut ergo accepistis dominum xpm iesum in eo ambulate
radicati et superædificati in ipso. et confirmati
in fide. sicut didicistis. abundantes in
illo in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat
per philosophiam. et inanem fallaciam. secundum
traditionem hominum. secundum elementa mundi. et
non secundum xpm. quia in ipso inhabitat omnis plenitudo
divinitatis corporaliter. et estis in illo
repleti. qui est caput omnis principatus. et potestatis. in quo circumdati estis circumcisione non
manu facta in expoliatione corporis carnis. sed
circumcisione xpi. consepulti ei in baptismo.
in quo et resurgetis per fidem operationis dei. qui
suscitavit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis. et incircumcisione carnis vestræ. convivificavit cum illo donans nobis omnia delicta.
delens quod adversum nos erat chirographum
decretis. quod erat contrarium nobis. et ipsum tulit
de medio affigens illud cruci. expolians principatus
et potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in
potu. aut in parte diei festi. aut neomenie aut sabbatorum. quæ sunt umbra futurorum. corpus autem xpi. Nemo
vos seducat volens in humilitate et religione angelorum. quæ non vidit ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ. et non tenens caput. ex quo totum corpus per nexus et
iuncturas subministratum et constructum. crescit in augmentum dei. Si ergo mortui estis cum xpo abscesserunt vobis
elementa huius mundi. quare adhuc tanquam viventes in mundo decretis subiacetis. ne tetigeris
neque gustaveris. neque contrectaveris. quæ sunt omnia in interitu
ipso usu. secundum præcepta et doctrinas hominum. quæ sunt rationem quidem habent
sapientiæ in superstitione et humilitate et non parcendo corpori.
non in honore aliquo ad satietatem carnis. Si igitur
estis consurrexistis xpo quæ sursum sunt sapite non quæ super terram. Mortui enim estis et vita vestra
abscondita est cum xpo in deo. Cum autem xpus apparuerit vita vestra. et estis cum eo
in gloria. fornicationem immundiciam libidinem concupiscentiam malam
et avaritiam quæ est simulacrorum servitus. propter quæ venit ira dei in filios diffidentiæ. in quibus
et vos ambulastis aliquando cum viveretis in eis. Nunc autem deponite et vos omnia. iram indignationem malitiam blasphemiam. turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis. et induentes novum
qui renovatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creavit eum. Ubi non est gentilis et iudeus. circumcisio et præputium. barbarus et scytha. servus et liber. sed omnia et in omnibus xpus. Induite igitur sicut electi dei sanctis et dilectis viscera misericordiæ. benignitatem. humilitatem. modestiam. patientiam. supportantes invicem. donantes vobismetipsis si quis adversus aliquem habet querelam sicut et dominus donavit vobis ita et vos. Super omnia autem caritatem habete. quæ est vinculum perfectionis. et pax dei exultet in cordibus vestris. in qua et vocati estis in uno corpore et gratiarum actores. Verbum xpi habitet in vobis abundanter in omni sapientia docentes et commonentes vosmetipsos. in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus. in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut
in opere. omnia in nomine domini nostri ihu xpi. gratias agentes deo patri
per ipsum. Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in domino. Viri
diligite uxores. et nolite amari ad illas. Filii obedite parentibus per omnia. hoc enim placitum est in domino. Patres
nolite ad indignationem provocare filios vestros. ut non pusillo animo
fiant. Servi obedite dominis carnalibus. non ad oculum servientes. quasi hominibus placentes. sed in simplicitate cordis timentes
dominum. Quicquid facitis ex animo operamini sicut domino et non hominibus.
scientes quoniam a domino accipietis retributionem hereditatis. Domino
servite. Qui enim fecerit injuriam accipiet quod injuriatus est. et non est
personarum acceptio apud deum. Filii obedite parentibus vestris per omnia.
hoc enim placitum est in domino. Et vos patres
filios vestros ad iracundiam non provocetis. ut non
pusillanimes fiant. Orate pro invicem. Orantes simul pro nobis.
ut det nobis deus sermonem aperiendi os meum in
confidentia notum facere mysterium euangelii. pro quo
legatus sum in catena. ut in ipso audeam prout oportet me loqui. Sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. tempus
redimentes. Sermo vestri semper in gratia sit sale condito.
ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique responderi.
Quæ circa me sunt omnia vobis notum facient Tychicus



fratrem et fidelem ministrum et conseruum in
domino quem misi ad uos ad hoc ipsum ut
cognoscat quae circa uos sunt et consoletur corda
uestra cum onesimo karissimo et fideli fratre.
qui est ex uobis. omnia quae hic agunt no
ta facient uobis. Salutat uos aristarchus concap
tiuus meus. et marcus consobrinus barnabae de
quo accepistis mandata. si uenerit ad uos excipi
te illum. et iesus qui dicitur iustus. qui sunt ex circum
cisione. hi soli sunt adiutores mei in regno
dei. qui mihi fuerunt solatio. Salutat uos
epaphras. qui est ex uobis seruus xpi. semper solli
citus pro uobis ut stetis perfecti et plenimi in omni
bus uoluntate dei. testimonium enim illi perhibeo. quod habet
multum laborem pro uobis et pro his qui sunt laodicie
et qui sunt in hierapoli. Salutat uos lucas medicus
karissimus et demas. Salutate fratres qui sunt lao
dicie et ninpham et quae in domo eius est ec
clesiam. Et cum lecta fuerit apud uos
epistola. facite ut et in laodicensium
ecclesia legatur. et ea quae laodicensium est.
uobis legatur. et dicite archippo. Vide
ministerium quod accepisti in domino.
ut impleas illud. Salutatio mea
manu pauli. Memores estote uinculo
rum meorum. Gratia domini
sit uobiscum. Amen.

Thessalonicenses

Scriptum ad thessalonicenses. quae scripta ab eis
perstant in fide. et in patientia quae eorum suorum
quae receperunt a filiis apostolis. nec ea quae a filiis a
postolis dicebantur. Nos collaudat apostolus laudans
eos ab initio. propter hoc. et nos etiam. sed solum
ipsi in omnibus probati erant. sed alii eos ubique praedi
cant et exemplo. Laudando eos apostolus ad
mandata provocat et monitis.

PAULUS

Paulus et siluanus et timotheus. ecclesiae thes
salonicensium in deo patre et domino iesu
christo. gratia uobis et pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus
uobis memoriam uestri facientes in orationibus nostris.
sine intermissione memores operis fidei uestri
et laboris et caritatis. et sustinentiae. spei domini nostri
iesu christi ante deum patrem nostrum. scientes fratres dilec
ti a deo electionem uestram. quia euangelium nostrum non
fuit ad uos in sermone tantum. sed et in
uirtute et in spiritu sancto et in plenitudine multa. sicut
nostis quales fuimus in uobis propter uos. et uos imitatores nostri
facti estis et domini. et aemulatores
nostri. cum gaudio spiritus sancti
in tribulatione multa. ita ut fieretis omnibus credentibus in
macedonia et in achaia. Ab uobis enim diffamatum
est sermo domini. non solum in macedonia et achaia
sed et omni loco fides uestra quae est ad deum prolata est.
ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. ipsi enim
de nobis annuntiant qualem introitum habu
imus ad uos. et quomodo conuersi estis ad deum
a simulacris seruire deo uiuo et uero. et expecta
re filium eius de celis. quem suscitauit ex mortu
is iesum. qui eripuit nos a ira ueniente.
Etenim ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos
quia non inanis fuit. sed ante passi
et contu
meliis affecti sicut scitis in philippis fiduciam
habuimus in deo nostro loqui ad uos euan
gelium dei in multa sollicitudine. Exhortatio
enim nostra non de errore. neque de immunditia.
neque in dolo. sed sicut probati sumus a deo ut cre
deretur nobis euangelium: ita loquimur. non quasi
hominibus placentes. sed deo qui probat corda no
stra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulatio
nis sicut scitis. neque in occasione auaritiae: deus testis est.
neque quaerentes ab hominibus gloriam. neque ab ali
is. neque a uobis. cum possemus honori esse
ut christi apostoli. sed facti sumus paruuli in medio uos
trum. tamquam si nutrix foueat filios suos ita
desiderantes uos. cupide uoluimus tradere
uobis non euangelium dei tantum sed animas
nostras. quoniam karissimi nobis facti estis. Memores enim
estis fratres laboris nostri. et fatigationis. Nocte et
die operantes. ne quem uestrum grauaremus. praedica
uimus uobis euangelium dei. Vos enim testes
estis et deus. quam sancte. et iuste. et sine querela uobis qui credi
distis affuimus. sicut scitis. et quemadmodum unum quem
uestrum tamquam pater filios suos. deprecantes uos. con
solantes. testificati sumus. ut ambularetis
digne deo. qui uocauit uos in suum regnum et gloriam
dei. et uos gratias agimus deo sine intermissione.
quoniam cum accepisset a nobis uerbum auditus di
uinae. accepistis illud non ut uerbum hominum. sed
sicut est uere uerbum dei qui operatur in uobis qui cre
didistis. Vos enim imitatores facti estis fratres ec
clesiae dei quae sunt in iudea in christo iesu. Quia eas
dem passi estis et uos a conciuibus uestris sicut ipsi
sunt a iudaeis qui et dominum occiderunt et pro
phetas. et nos persecuti sunt. et deo non placent. et
omnibus hominibus aduersantur. prohibentes ne
gentibus loquantur ut saluae fiant. ut impleant peccata
sua semper. peruenit autem in illos ira usque in finem. Nos autem fratres desolati a uobis ad
tempus hora. non corde. in uisu. habundantius
festinauimus. faciem uestram uidere cum mul
to desiderio. Quia quidem uolumus uenire
ad uos. Ego quidem paulus. et semel. et iterum
sed impedit nos satanas. Quae enim nostra
spes. aut gaudium. aut corona gloriae nostae
nos. ante dominum nostrum iesum christum. et estis enim

eum. Vol enim esse glia nra. et gaudium.

Pterquam cum fuerimus ampliue placuit
nobis eam ante adhuc solos. et mittimus timo
theum fratrem nrm. et ministrum dei in
euangelio xpi ad confirmandos vos. et exhor
tandos pro fide vra. ut nemo moueatur in
tribulationibus istis. ipsi enim scitis quia in hoc
positi sumus. Etenim cum apud vos essemus. prae
dicebamus vobis pressuras. sicut factum est. et
scitis. Propter hoc ego amplius non sustinens
misi ad cognoscendam fidem vestram. ne forte tem
tauerit vos qui tempt. et inanis fiat la
bor nr. Nunc autem veniens timotheus ad nos.
a vobis. et annuntiante nobis fidem. et caritatem
vestram. et quia memoriam nri habetis bo
nam. semper desiderantes nos videre. sicut et nos
quoque vos. Ideo consolati sumus fratres in uobis.
in omni necessitate et tribulatione nra. per fidem ve
stram. Quia nunc viuimus si vos statis in do
mino. Gratiam enim pro vobis possumus reddere
deo pro uobis. In omni gaudio quo gau
demus propter vos ante deum nrm. nocte et die habun
dantes orantes. ut videamus faciem vestram et
complemus ea quae desunt fidei vestre. Ipse autem
deus et pr nr. et dns ihs xps. dirigat viam no
stram ad vos. vos autem dns multiplicet et ha
bundare faciat caritatem in invicem. et in omes.
quemadmodum et nos in uobis. ad confirmandos
corda vra. sine querela in sanctitate. ante deum et
patrem nrm. in aduentu dni nri ihu xpi cum omni
bus sanctis eius. Amen. De ceteris ergo fratres rogamus
vos et obsecramus in dno ihu. ut quemadmodum
accepistis a nobis. quomodo oporteat vos
ambulare et placere deo. sicut et ambulatis ut
habundetis magis. Scitis enim quae praecepta de
dimus vobis per dominum ihm. Hec est enim
voluntas dei sanctificatio vra. ut abstineatis
vos a fornicatione. ut sciat unusquisque ue
strum. suum vas possidere in sanctitate et
honore. non in passione desiderii. sicut gentes
quae ignorant deum. Et ne quis circumuenat
neque circumueniat in negotio fratrem
suum. quia vindex est dominus de hiis omni
bus. sicut praediximus vobis et testificati sumus.
non enim vocauit nos deus in immunditiam
sed in sanctificationem. Itaque qui hec spernit. non
hominem spernit. sed deum. qui et dedit spiritum
suum sanctum in nobis. De caritate autem fraternitatis
non necesse habetis vobis scribere. ipsi enim
vos a deo didicistis. ut diligatis inuicem.
Etenim facitis illud in omnes fratres in uniuersa
macedonia. Rogamus autem vos fratres
ut habundetis magis. et ponatis operam ut quietem
agatis. et ut vestra negotia agatis. et operemini
manibus vestris. sicut praecepimus vobis. et honeste
ambuletis ad eos qui foris sunt. et nullius
quid desideretis. Nolumus autem vos
fratres ignorare de dormientibus. ut non contris
temini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim
credimus quia ihs mortuus est et resurrexit. ita
et deus eos qui dormierunt per ihm adducet cum
eo. Hoc enim vobis dicimus in uerbo dni quia nos
qui viuimus qui residui sumus in aduentum
domini non preuenemus eos qui dormierunt.
Quia ipse dominus in iussu in voce ar
changeli. et in tuba dei descendet de celo. et mor
tui qui in xpo sunt resurgent primi. deinde
nos qui viuimus qui relinquimur simul rapie
mur cum illis in nubibus obuiam xpo in ae
ra. et sic semper cum domino erimus. Itaque
solamini inuicem in uobis istis. De caritate
autem et monitis fratres non indigetis scribi
bere uobis. ipsi enim diligentes estis a
deo diligere. quod et facitis in omnes fratres qui sunt in ma
cedonia. Rogamus autem vos fratres. ut abundetis magis.
et operam detis

ē dē q uocauit uos q eram facit. frēs
orate p nobis. Salutate frēs omnes in
osculo sāc. adiuro uos p dōm. ut legat
epla omnibus sānctis frēbus. Gratia domini
nri ihu xpi cum omnibus uobis. Amen.

Ad thessalonicenses
Scripta epla apli
Rationem facit eis de uniuersis nouissimis
et de aduersari destructione. Scribit aūt hāc
eplam ab athenis p timotheum diaconum. et
dnicum acolitum.

PAULUS

Paulus siluanus et thimotheus ecclesie thessalonicensium
in deo patre nro et domino ihu xpo.
Gratias agere debemus deo semper pro uobis frēs. sicut
dignum est. quia supercrescit fides uestra. et abundat
caritas unius cuiusque uestrum in inuicem. ita
ut nos ipsi in uobis gloriamur. in ecclesiis dei. p pa
tientia uestra et fide in omnibus persecutionibus et tri
bulationibus uestris quas sustinetis in exemplum
iusti iudicii dei. ut digni habeamini in regno
dei. p quo et patimini. Siquidem iustum est
apud deum. retribuere tribulationem his qui
uos tribulant. et uobis qui tribulamini requiem
nobiscum. in reuelatione dni ihu de cē
lo cum angelis uirtutis eius. in flamma ignis
dantis iudicium his qui non nouerunt dm. et qui
non obediunt euangelio dni nri ihu xpi qui pe
nas dabunt in interitu eternas. a facie dni et a
gloria uirtutis eius. cum uenerit glificari in
sanctis suis. et admirabilis fieri in omnibus qui cre
diderunt. Quia credidistis testimonium nrm
super uos in die illa. In quo et oramus semper
p uobis. ut dignetur uos uocatione sua dignos
et impleat omnem uoluntatem bonitatis
et opus fidei in uirtute. ut clarificetur nomen
domini ihu xpi in uobis. et uos in illo.
sed gratiam dominum nrm ihu xpi. Rogamus
autem uos frres p aduentum dni nri ihu xpi et nostre
congregationis in eum. ut non cito moueamini
a uro sensu. neque terreamini. neque p spm. neque
p sermonem. neque epam tanquam p nos missam.
qui instet dies dni. ne quis uos seducat ullo
modo. Quoniam nisi uenerit discessio primum. et re
uelatus fuerit ho peccati. filius perditionis qui
aduersatur. et extollitur super omne qd dicit deus.
aut qd colitur. ita ut in templo dei sedeat. os
tendens se tanquam sit deus. Non recordamini q̃ cum
adhuc essem apud uos. hec dicebam uobis. Et
nunc quid detineat scitis ut reueletur in suo
tempore. Iam enim mysterium iniquitatis

tem. ut qui tenet nunc teneat. donec de medio
fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus. quem
dns ihs interficiet spu oris sui. et destruet illum
presentia aduentus sui. eius cui est aduentus
secundum operationem satane. in omni virtute et signis et
prodigiis mendacibus. et omni seductione iniqui
tatis his qui pereunt. eo q̃ caritatem veritatis non
receperunt. ut salui fierent. Propter hoc mittet illis
deus operationem erroris. ut credant mendacio. ut
iudicentur omnes q̃ non crediderunt veritati.
sed consenserunt iniquitati. Nos autem gratias age
re debemus deo semper pro uobis frres dilecti a dno. q̃
elegit uos de primitiis in salutem. in sanctifica
tione spiritus et fide veritatis. In qua et uocauit uos per euan
gelium nrm. in adquisitionem gloriae dni nri ihu xpi.
Itaque frres state. et tenete traditiones quas di
didistis siue per sermonem siue per epam nram.
Ipse autem dns ihs xpus et deus et pater nr. qui dilexit nos. et
dedit consolationem eternam et spem bonam
in gratia. exhortetur corda ueta. et confirmet in
omni opere et sermone bono. De ceteris
frres orate p nobis. ut sermo dei currat et
glificetur. ubique. sicut apud uos. et ut liberet
mur ab importunis et malis hominibus. Non
enim omnium est fides. fidelis autem est deus
qui confirmabit uos. et custodiet a malo. Con
fidimus autem frres de uobis in dno. quoniam quod uos
precipimus. et facitis et facietis. Dns autem dirigat
corda ura in caritate dei. et patientia xpi. Denun
ciamus autem uobis frres in nomine dni nri ihu
xpi. ut subtrahatis uos ab omni frre ambulan
te inordinate. et non secundum traditionem quam accepit
a nobis. Ipse enim scitis. quomodo oporteat
imitari nos. Quia non inquietati sumus in
ter uos. neque gratis panem manducauimus ab alio.
sed in labore et fatigatione nocte ac die operan
tes ne quem uestrum grauaremus. Non quia non habe
mus potestatem. sed ut nosmetipsos for
mam daremus uobis. ad imitandum nos. Nam
et cum essemus apud uos. hoc denuntiabamus
uobis. quoniam si quis non uult operari. non manducet.
Audiuimus enim inter uos quosdam ambu
lare inordinate. nichil operantes. sed curiose agentes.
hiis autem qui eiusmodi sunt denuntiamus et
obsecramus in dno ihu xpo. ut cum silentio
operantes suum panem manducent. Vos autem
fratres. nolite deficere benefacientes. Quod si quis
non obedierit sermoni nro per epam. hoc notate. ne
commisceamini cum illo. ut confundatur. Et
nolite quasi inimicum existimare. sed corripite
ut fratrem. Ipse autem dns pacis det uobis pacem sem
piternam in omni loco. dns sit cum omni
bus uobis. Salutatio mea manu Pauli. Quod est
signum in omni epla sic scribo. Gratia dni nri
ihu xpi cum omnibus uobis. Amen.

PAVLVS

Paulus apl̃s xp̃i iesu secm̃ imperium dei saluatoris nr̃i. xp̃i iesu spe nr̃e. timotheo dilectissimo filio in fide. gr̃a. misericordia. pax. a deo patre nr̃o. et xp̃o iesu domino nr̃o. Sicut rogauit te ut remaneres epheso cum iturus macedoniam. vt denunciares quibusdam ne alie docerent. neq; intenderent fabulis et genealogiis interminatis. q̃ sonet prestantius magis q̃m edificationem dei q̃ est ex fide. Finis autem precepti est caritas de corde puro et conscientia bona. et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in inane eloquium. uolentes esse legis doctores. non intelligentes. neq; q̃ loquuntur. neq; de quibus affirmant. Scimus autem q̃ bona est lex. si quis ea legitime utatur. sciens hoc q̃ iusto lex non est posita. sed iniustis non credentibus spiritus procelli. scelestis et peccatoribus. sceleratis et profanis. patribus homicidis et matricidis. uiris fornicariis. masculorum concubitoribus. plagiarum. mendacibus. periuris. et quid aliud sano doctrine aduersatur. q̃ est secm̃ euangelium glorie beati dei. qd̃ creditum est mihi. Gratias ago ei q̃ me confortauit xp̃o iesu domino nr̃o. q̃ fidelem me existimauit. ponens in ministerio. qui prius eum blasphemum. et persecutorem. et contumeliosum. sed misericordiam dei consecutus sum. q̃ ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gr̃a dei nr̃i cum fide. et dilectione. q̃ est in xp̃o iesu. Fidelis sermo. et omni acceptione dignus q̃ xp̃s iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum. ut in me primo ostenderet xp̃s iesus omnem patientiam. ad informationem eorum q̃ credituri sunt illi in uitam eternam. Regi autem seculorum immortali. invisibili. solo deo. honor et gloria in secula seculorum. amen. Hoc preceptum commendo tibi fili timothee secundum precedentes in te prophetias. ut milites in illis bonam militiam habens fidem. et bonam conscientiam. Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. ex quibus est hymeneus et alexander quos tradidi satanae. ut discant non blasphemare. Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarum actiones. pro omnibus hominibus. pro regibus et omnibus q̃ in sublimitate sunt constituti. ut quietam et tranquillam uitam agamus. cum omni pietate et castitate. hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore nr̃o deo. qui omnes homines uult saluos fieri. et ad agnitionem

veritatis uenire. Unus enim deus. et unus mediator dei et hominum. homo xp̃s iesus. qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. cui testimonium temporibus suis confirmatum est. in quo positus sum ego predicator et apl̃s. Veritatem dico. non mentior. doctor gentium in fide et veritate. Volo ergo uiros orare in omni loco. leuantes puras manus sine ira et disceptatione. Similiter et mulieres. in habitu ornato. cum verecundia et sobietate ornantes se. non in tortis crinibus. aut auro. aut margaritis. uel ueste pretiosa. sed quod decet mulieres pietatem profitentes per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto. neq; dominari in uirum. sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est. deinde heua. et Adam non seductus est. mulier autem seducta in preuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem. si permanserint in fide. et dilectione. et sanctitate cum sobietate. Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat. bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse. unius uxoris uirum. sobrium. prudentem. pudicum. ornatum. hospitalem. doctorem. non uinolentum. non percussorem. sed modestum. non litigiosum. non cupidum. sed domui suae bene prepositum. filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suae nescit preesse. quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit. non neophytum. ne in superbiam elatus in iudicium incidat diabuli. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his q̃ foris sunt. ne in opprobrium incidat. et laqueum diabuli. Diaconos similiter pudicos. non bilinguis. non multo uino deditos. non turpe lucrum sectantes. habentes fidei mysterium in conscientia pura. Et hi autem probentur primum. et sic ministrent. nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas. non detrahentes. sobrias. fideles in omnibus. Diaconi sint unius uxoris uiri. qui filios suos bene prosunt. et suis domibus. Qui enim bene ministrauerint gradum bonum sibi adquirent. et multam fiducia in fide q̃ est in xp̃o iesu. Hec tibi scribo. spe q̃ uenire mihi ad te cito. Si autem tardauero. ut scias quomodo oportet in domo dei conuersari. q̃ est ecclesia dei uiui. columpna et firmamentum ueritatis. et manifeste magnum est pietatis sacramentum. q̃ manifestatum est in carne. iustificatus est in spiritu. apparuit angelis. predicatus est gentibus. creditum est in mundo. assumptum est in gloria. Spiritus autem manifeste dicit. q̃ in nouissimis temporibus discedent quidam a fide. attendentes spiritibus erroris. et doctrinis demoniorum in ypocrisi loquentium mendacium. et cauterium habentium conscientiam suam. prohibentium nubere. abstinere a cibis. q̃s deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fideles. et eis qui cognouerunt veritatem.

Qo

actor. fidelib; ⁊ huic q cognouerunt ueritatem. Quia
omnis creatura dei bona ⁊ nichil reiciendum q̃d
cũ gratiarũ actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum
dei ⁊ orationem. Si ponens fratribus bonus erit minister xpi ihu. nutritus uerbis fidei ⁊ bone
doctrine. q̃m assecutus es. Inprofanas aũ ⁊ aniles
fabulas deuita. Exercere te ipsum ad pietatem. Sicut
corporalis exercitatio: ad modicum utilis est. pietas
aũ ad omnia utilis est. promissionem habens uite q̃
nunc est ⁊ future. Fidelis sermo. omni acceptione digna. In hoc enim laboramus ⁊ maledicimur. q̃ sperauimus in deum uiuũ. q̃ est saluator omniũ
hominum. maxime fidelium. Precipe hec ⁊ docc.
Nemo adolescentiam tuam contemnat. sed exemplum esto fidelium in uerbo. in conuersatione in
caritate. in fide. in castitate. Dum uenio attende
lectioni. exhortationi. doctrine. Noli negligere
gratiam que in te est. q̃ data est tibi per prophetiam cum
impositione manuum presbiterii. hec meditare. Tibi
esto. ut profectus tuus manifestus sit omnibus
hominibus. Attende tibi. ⁊ doctrine. insta in illis. hoc enim faciens.
⁊ te ipsum saluum facies. ⁊ eos qui te audiunt.
Seniorem ne increpaueris. sed obsecra ut patrem.
iuuenes ut fratres. anus ut matres. iuuenes ut
sorores. in omni castitate. Viduas honora
q̃ ue uidue. Si q̃ aũ uidua filios aut nepotes
habet. discat primum domum suam regere. ⁊ mutua
mutuam uicem reddere parentibus. hoc enim acceptum est
coram deo. Que aũ uere uidua est. ⁊ desolata sperat in deum. ⁊ instat obsecrationibus. ⁊ orationibus. nocte
⁊ die. Nam q̃ in deliciis est. uiuens mortua
est. Et hoc pape ut irreprehensibiles sint. Si q̃s
aũ suorum ⁊ maxime domesticorum curam non habet
fidem deneg̃auit. ⁊ est infideli deterior. Vidua eligatur. in minus q̃ sexaginta annorum. q̃ fuerit
unius uiri uxor. in operibus bonis testimonium habens.
si filios educauit. si hospitio recepit. si pedes
sanctorum lauit. si tribulationem patientibus prestitit. si omne opus bonum sectata est. adolescentiores aũ uiduas deuita.
cum enim luxuriate fuerint. in xpo nubere
uolunt. habentes damnationem. q̃ primam
fidem irritam fecerunt. Simul aũ et otiosae discunt circuire domos. non solum otiosae. sed et
uiolentes. et curiosae. loquentes q̃ non oportet. Volo ergo
iuniores nubere. filios procreare. matresfamilias esse. et nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quidam conuersi sunt retro post satanam. Si quis fidelis habet uiduas. subministret illis. et non grauetur ecclesia. ut his que
uere uidue sunt sufficiat. Qui bene presunt presbyteri. duplici honore digni habentur. maxime
q̃ laborant in uerbo. et doctrina. Dicit enim scriptura. Non infrenabis os boui trituranti. Dignus enim operarius mercede sua. Aduersus presbyterum
accusationem noli recipere. nisi sub duobus aut tribus testibus. peccantes autem coram omnibus arguite. ut
ceteri timorem habeant. Testificor coram deo. et domino ihu
xpo. et electis angelis. ut hec custodias. sine prudentia nichil faciens. Manum cito nemini imposueris. neque communicaueris peccatis alienis. te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere. sed uino modico utere. propter
stomachum. et frequentes infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt.
precedentia ad iudicium. quorundam aũ et sequuntur. Similiter et facta bona manifesta fiunt.
et q̃ aliter se habent abscondi non possunt.
Quicumque sunt sub iugo seruitutis. dominos suos omni honore dignos arbitrentur. ne nomen dei. et doctrina blasphemetur. Qui aũ fideles habent dominos non contemnant. quia fratres sunt. sed magis seruiant quia fideles sunt. et dilecti
q̃ beneficii participes sunt. Hec docc. et exhortare.
Si quis autem aliter docet. et non acquiescit sanis
sermonibus domini nostri ihu xpi. et q̃ secundum pietatem est doctrine. superbus. nichil sciens. sed
languens circa questiones. et pugnas uerborum.
ex quibus nascuntur iurgia. contentiones. blasphemie. suspitiones male. conflictationes hominum mente corruptorum. et q̃ uera
carent putantium esse questum. q̃ssim a
pietatem. Est aute q̃stus magnus. pietas
cũ sufficientia. Nichil enim intulimus in hunc
